



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



Th. 6024


Opus poeti^{ca} cum
de admirabili fallacia
et astutia Vulpecula
Reineke

libros IV nunc prim.
ex idiomate germ.
latinitate donatos
complectens. Auctore
Hartm. Schoppes.

Lib. rarus
Biblioth. Theod.
Paderb.

171

20
Francof. ecc. Nassaus
1584.



collegii societatis jure

DEDICATORIA.

Anno 1541

Ordior ipse quidē, sed dulcia numina Phæbi
Non finem scriptis imposuere leuem.
Sed mea mens quali ratione reliquerit artes
Dicere te coram Casare longa pudet.
Quippe tibi melius liber olim tertius edet
Ista, tibi & vacuo fac modo pauca legi.
Ad te nunc redeo, tu porridge mitior aures
CAESAR adhuc paulū, non ego loquus ero.
Pauca sed adijciam quibus & utilis iste libellus
Gratus & in primis non onerosus erit.
Non ego propterea tibi & ilius offero carmen,
Te quasi praeceptis erudijse velim.
Tale mihi nolim & venerabile sumere munus,
Iure quod ingenij diuitioris erit.
Nā tu longinquū Sapiētia peruolat orbem,
In super Oceani litus & utrumq; ferit.
Facta nec institui tua tollere laudibus ampli.
Nec patris, aut proavis cōmemorabo decus.
Hac mihi Phæbus, n. meliores seruat in annos
Forte geram nitida cūm noua ferta comas,
Tuq; triumphali curru super astra veheris,
Et spolis Geticis Casar onustus eris.
Nunc humilē nostri pro tempore fecimus aui;
Nunc tibi sed & vulpis gloria rara datur.
Qui mihi supremus currentibus ordine factis
Victor, & immensis Rex Orientis eris.
Tunc Sacra magniloqui perrūpā scripta Ma-
Sanaq; terribili bella tonabo tuba. (ronis,
Nunc dolus astuta, tibi nunc fallacia Vulpis,
Fraus quasi si mioli, gaudia multa fessat.
Quā rogo ne tetrici ferus abijce more Catonis
Carminē ut attenta perlege mente prius.

A 5. Nunc

EPISTOLA

Nam fateor certè bona plurima continet in se
 Hæc breuibus vulpes ingeniosa modis,
 Fortè quis obijciat quasi te vulpecula fallax
 Ludere figmento liberiore velim.
 Ah procul à nostris id moribus absit amicos
 Fallere, vel reges ludificare dolis,
 Non decet ingenuum fallacia subdola vatem,
 Cædidus vt numeris, sic quoq; corde micet,
 Huius at vtilitas quòd sit numerosa libelli,
 Carmine conabor nunc aperire meo.
 Conditor Historiæ quicumq; sit huius, is vnum
 Hoc tibi principio significare cupit. (cham,
 Iure quòd in terris aliquem decet esse Monar-
 Qui velut acre caput, cætera mēbra regat:
 Qui sit & Heronū, Diuūmq; supremam potestas,
 Difficiles satis inueniatq; vias:
 Fortunamq; ferat, sit Iuppiter omnibus idem,
 Iudicio leges discutiaturq; graui:
 AEstimet aut factum laudabile sorte potenti,
 Quodlibet aut iustis partibus æquet opus,
 Talem fulminei depingit forma Leonis,
 Qui gerit has inter fortia sceptræ feræ,
 Insuper egregiis Reges incumbere factis
 Imperat, & studiis inuigilare bonis.
 Ne minimos Princeps offendat iniquus hostes,
 Mortiferos animo concipiat ve dolos:
 Adferat nec quenquã certamina prouocet ira,
 Viribus aut fidat, is vsve sub ense gerat.
 Omnia præterea rerum molimina tractat,
 Turpis & euellit criminis omne genus.
 Iudice damnetur ne quis delatus iniquo,
 Credat adulteris vel maledicta Viri.

Reſpiciat

DEDICATORIA.

Reiicit argentum spectabile, reiicit aurum:
Eius enim vitiat corda frequenter Amor.
Regibus ostendit quàm bella potētibus obsint,
Indicat & populi pendeat vnde salus.
Inde Magistratus regimē distinguit, & aquas
Constituit partes, officiumq; docet.
Omnibus vti iustum tribuatur et omnib. aequū.
Subiaceant pœna diues inopsq; pari.
Partis vti excutiant causas vtriusq; forenses,
Iudicio dirimant & scelus omne graui.
Mādat & è medio quod tollere fas sit iniquos,
Et virtute bonos nobilitate viros.
Inde quod innumeri spe decipiuntur iniqua,
Atria qui Regis celsa potentis amant,
Magnificosq; Ducū veniuntur semper honores,
Quale nec officiis commeruere decus.
Iure sed ex aula grauis ambitionis amantes
Præmia confusidura referre solent.
Vt plerunq; ruant grauius, tolluntur in altum,
sic animi falsi fraus nocet ipsi sibi.
Præcipit & Reges vti sapè Gnathonicus erro
Perdat, mandatis præcipitetq; dolis.
Vtilius quare paucos & habere fideles
Quàm seruis cinctum pluribus esse malis.
Nam sine consilio nil Principis aula valebit,
Nullus vbi sapiens est, sbe nullus honor.
Quod neq; cōueniat dūre blādiloquētib. aures,
Sermo grauis quorum sanius ense secat.
Qui tonat, et verbis malè se squiped alibus & suis
Fulminat, & nugis perniciosus hiat.
Sicut & hic vulpes animalib. omnibus audax,
Tristibus illudit, sed tamen arte, dolis.

EPISTOLA

Damnat, adulatur, nocet, inuidet, oīa fraudat,
 Inq; graui scelerum flumine merſa iacet.
 Et tamē officijs, & honoribus auct. i. ſupremis
 Illu domum Vulpes inſidioſa redit.
 Inſuper Auguſta fit Cancellarius aula,
 Complacet & Regi deniq; quicquid agit.
 Sic Lupus immēſo bona decoquit omnia luxu,
 Regis & abſumit ſimplicioris opes.
 Cui ſeſe comitem Bruno caſus addit in omnes,
 Ut tendant auidam quō inuat & ſq; gulam.
 Tales mille lupi nunc inueniuntur in anſis,
 Vix domus his & rſis turpibus & illi vacat,
 Vnica curarum quos ſollicitudo fatigat,
 Ut famulum ſubigant in ſua vota lucrum.
 Nanq; voluntatem, nutusq; loquuntur ad oēs
 Dūmodo turpe queant paſcere & tris onus.
 Acrius eſugunt loculos hi Regis apertos,
 Et de ieiuni more leonis hiant.
 Quō magis accipiant, minus exatiātur auari,
 Ceu lupus impaſtus, ceu facit & rſus edax.
 Hæc liber iſte docet, tu Caſar amabilis illum
 Suſcipe, nanq; tibi non graue pondus erit,
 Non mihi pugnaci perſtringitur & illu lambo,
 Vola fuit mores carpere cura malos.
 At ſicui & vlpis fallacia diſplicet huius,
 Is merito Vulpes mira & vocandus erit,
 Nam mea propoſiti cū mens ſibi cōſciarecti,
 Ignotas & vatis ſitq; ſequuta vias.
 Huius amara libri ſi quem conuitta la dunt,
 Imputet auctori, qui dedit illa, ſuo.
 Reſpice nūc & vultu mea MAXimiliane benigno
 Carmina, qua & vitio non tibi Caſar erunt.
Eſt.

DEDICATORIA.

*Est, fateor, magnum regalia tangere lecta,
Mius ab illustri Casare posse legi.
Præmia difficili si consequar ista labore,
Atq; meo studio laus datur ista, sat est.
Sicq; MARIA precor Regina beatus avum
Saluifica tecum plena quietis agat.
Quæ nisi digna fuit te coniuge, nata fuisset
Quæ nisi, tu vita calibe dignus eras.
Sic precor eniteant, Et in astris nobile sydus,
Filioliq; tui, filioliq; tua.
Sic animosa tuus fauceat victoria castris,
Sæuaq; Turcarum sub pede collateras.
Teq; sacris Getici spoliis Aquilonis onustum
Gloria quadrjugis alta reducat equis.
Hactenus Hartmannū te Maxmiliane Poetam
Sufficiat Cythara detinuisse, Vale.*

Diua Ma-
ria Hispa-
niæ & Vn-
gariæ Re-
gina, & im-
peratrix
Serenissi-
ma, D. Ma-
ximiliani
Cæsaris,
&c. Cõiunx
electissi-
ma.

Datum Francofurti ad Mœnum, Anno 1566,
post natum Christum 20 De-
cembris die.

A 7 HART.

HARTMANNI SCHOPPE.
ri vulpes Reinike de se ipsa
loquitur.

*Fortuna varios eludo volubilis ictus,
Sumq; vafri Vulpes ingeniosa dolis.
Me licet opprobriis perstringant mille Bruno-
Et lupus insidias, & struat ore lepus: (nes,
Me tamē eximiis Rex semper honorib. auget,
Tutelamq; mei nominis vsq; gerit.
Regalis maneo quoq; Cancellarius aule
Inuideant quamuis Diiq; Deaq; mihi.*

LECTO.


LECTORI HARTMAN-
NVS SCHOPPERVS
Noricus S. D.

NVPER ex Austria reuersus,
lector humanissime, cum o-
mnia calamitosa & exitiabili arde-
rent bello, reliquias scriptorū meo-
rum miserè hinc inde distractas, non
sine acerbo animi perturbatissimi
recollegi dolore. Præsens hic qui-
dem liber à me, antequam studiis
relictis militatum abire, inceptus,
alteri in absentia mea, qui eum per-
ficeret, traditus est. Quem mihi su-
periori anno Sigismundus Feyra-
bend Typographus & ciuis Fran-
cofurdiensis perficiendum, & ex
vulgari aut materno potius idioma-
te latinitate donandum, commise-
rat. Illum cum diligentius perlegis-
sem, vtilitatemque eius altius ani-
mo considerassem, facilè onus sus-
ceptum, licet propter animi infir-
mitatem, perturbationesq; varias,
quas hic recensere longum & mo-
lestum foret, depositum, sustinui.

Iucun-

Iucūdisimus enim & festiuissimus
lectu hic liber est: & ex illo, quo ani-
mo erga hostes & amicos, & tam
summæ quàm infimæ conditionis,
homines affectus esse debeas, vt &
honorì & salutì tuæ consulas, breui-
ter & artificiosè discitur. Præterea
etiã omnium flagitiorum scelera-
tissima colluies, ob oculos hîc po-
sita ad virtutis studium animos no-
stros incitat, vt planè, bestiarū hæc
exempla quem non moueant eum
mentem habere ferream & in omni
malitia submersam existimem. Nec
affirmare dubitârim, attento lecto-
ri, cuiuscunq; dignitatis aut fortunę
sit, si varios fortunę casus ad textum
sedulè accommodarit, librum hunc
ei thesauri instar preciosissimi fore,
& promptuarij instructissimi, quod
aduersus fucatos huius seculi mores
pharmaca exhibeat præsentissima.
Nam varios mūdi huius cursus mul-
tiplicesq; omnium hominum ma-
chinationes graphicè depictos no-
bis ostendit. Quibus rectè cognitâ
innumera pericula & fraudes vita
re, vi

mus
ani-
tam
nis,
ut &
eui-
erea
era-
po-
no-
hæ
eum
mni
Nec
cto-
tunc
tum
unc
ore,
quod
ores
ima
mul
ma
s no
gniti
vita
ce, vi



T
te
ru
te
se
le
ex
ces
ret
lun
vt p
vt i
lib.
alib
mu
qui
cui
pulu
men
rege
rede
tes d
nibu
accip
mod
tina
taeni
ustor
uissim
Qu
signifi
anni a

REINIKES, LIB. I. §

Thebani, Viri prudentissimi in Græcia, fin. *Thebano-*
 cerunt simulachra quædam ante altaria Deo- *rum pro-*
 rum sedentia, omnia manibus truncatis, præ- *videntia.*
 ter supremum, manibus quidem integrum,
 sed oculis captum. Exprimere tali figura vo- *Cur sedeat*
 lentes, summæ potestatis atq; boni Senatus *Magistra-*
 exemplum. Sedent autem velided, quia Iudi- *tus in l. ob*
 ces graues, quietos & constantes esse oportet, *seruandū.*
 nec facillè commoueri: vt habetur apud *ff. de offic.*
 Iureconsultos. Vel quia semper obseruatum, *Præsi-*
 vt potestas seu iudices pro tribunali sederent,
 vt iuribus clarè expressum, c. fin. de re iudic.
 lib. 6. l. qui pro tribunali. ff. eod. tit. Sic etiam
 alibi, & in sacris Biblijs videri licet. Vbi legi- *Exod. cap.*
 mus: Sedit Moyse, vt iudicaret populum, 18.
 qui ei assisitebat à mane vsque ad vesperam, *Cur careat*
 cui dixit Ietro, cur solus sedes & omnis po- *manibus*
 pulus præstolatur, &c. Quin & nouo testa- *Magistra-*
 mento, Dicente Christo Apostolis suis: In *tus.*
 regeneratione cum sederit filius hominis, in *Munera*
 sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, iudican- *crede mihi*
 tes duodecim tribus Israel. Carè etiam ma- *placant ho-*
 nibus, ne videlicet ius dicentes vel Senatores *minesque*
 accipiant munera, aut se promissis quoquo *Deosque*
 modo corrumpi patiantur: vt & hoc lex di- *Placatur*
 uina vetat, Deuteron. Non accipies munera, *donis lup-*
 ta enim sapientum excæcant oculos, & verba *pitæ ipse*
 iustorum mutant. Quod etiã iure ciuili gra- *gratis.*
 uissimis prohibetur pœnis. *Vi in l. ple*
 Quod autem horum Princeps cœcus fit, *bisento. ff.*
 significatur illum auribus tantum, absq; o- *de offic.*
 mni affectu seu personarum respectu, vel ac- *presid.*

B ceptio.

6 DE ASTVT. VVLP.

Et grauius ceptione constanter, ac iuste Senatus decreta
in Auth. iussa que peragere debere, sine gratia iudicare,
scriptum est sine odio, amore, vel proprio commodo cau-
exemplar. se merita cognoscere & discernere. Extat hac

§ *quapro-* de re Alciati emblemata festiuum,
pter, in si. Effigies manibus trunca ante altaria diuim
coll. 2 lux- Hic resident, quarum lumine captaprior,
ca textum Signa potestatis summe, sanctiq; senatus
in c. sum- Thebanis fuerant ista reperta uiris,
m. opere, Cur residet? quia mente graues decet esse quietas
1. 9. 3. Iuridicos, animo nec variare leui.

Cur sine sunt manibus? capiāt ne xenia, nec se
 Pollicitis flecti, muneribus sue simant.
 Cecus at est Princeps, quod solis auribus absq;
 Affectu, constans iussi Senatus agit.
 A quo non longè hoc nostrum disidet E-
 pigramma.

Quatuor imperium muros habet omne potentes,
 Turris at in medio tollit ad astra caput.

1. *Iustitia est* Denotat, officium qui sapienter agit.
munus ci- Et ciues inter pacem seruare laborat,
uitatis. Alter ut alterius port. t. amanter onus.

2. *Diligentia* Tertius imperio quoq; comoda plurima gignit,
iudicis. Constanti viduas quando tuetur ope.

3. *Defensio* Quartus is est, poenis ubi conuenientib. omnes
pupillorū. Plectuntur factis quas meruere suis.

4. *Poenarum* Quattuor his muris vrbs q̄ circumdata fulget
aqualitas. Hac bene stat turris fulta timore Dei.
Turris ci- Rex Philippus Alexandri Magni illius pa-
uitatis est rens cuiusdam viduae causam cum audire re-
 cusaret: Respondit vidua. Rex meam nisi au-
 dias

præter expectationem circumuenire poterit,
 omnem certè mouet lapidem. In conspectu
 Principis officiis & fide omnibus modis o-
 mnes certant, cum tamen spe sui plus com-
 modi quisque ducatur: mellitis vtuntur ver-
 bis, quæ Dominum nequaquam ad iracundi-
 am, etiam si alicui iniuriam fieri videat, irri-
 tare possint. In tales autem Gnathones &
 γλωσσογράφος aptè hoc nostrum quadra-
 bit epigramma, in quo Parasitus id de seipso
 fatetur, quod Tetrastichon sequens indicat.

*Regis in aspectu didici seruire, fauorem
 Et mihi blanditiis conciliare queam.*
*Omne malū Domino clam mēs aliena ꝑcatur,
 Dū facit officium lingua, manusq; suum.*

Hinc Aristoteles aliquando interrogatus
 ab amico, quæ causa esset, quod regem adeo
 propitium haberet, respondit, se raro cum re-
 ge, & nihil quod eius auribus absonum foret
 loqui. Quod & sequēs nostrum carmen con-
 firmare nititur.

*Candidus ingenua Vir Simplicitatis amator,
 Aulas ille diu non habitare solet.*
*Fortunatus is est potius, qui degere vitam
 Seruitiis Regum tristibus absq; potest.*
*In teneris æuum qui ducit amabile syluis,
 Atq; sui fructus mille laboris habet.*
*Quisquis n. miseros annos cōsumpsit in aulis,
 Donec adest fragili tarda senectū pede,*
*Se frustra curas ærumnososq; labores
 Ille nimis serò pertolerasse videt.*

*Adulate-
 rum pro-
 prietas,
 qui est flam-
 ma et tunc
 pecunia.
 γλωσσογράφος
 σωφ.
 Vox ridi-
 culè ex lin-
 gua & vē-
 tre compo-
 sita, id est,
 qui calo-
 quitur,
 qua ventri
 conducit.
 Aulor Iu-
 lius Pollux
 lib. 2. de vo-
 cab. rer.*

Fidelis ser- uus sem- per a sinu. Bona do- minorū ad quos potis- simum pertineat. Sunt tamen qui fideliter seruiant: Sed gra- tiam exiguan vel nullam reportant. Alius li- cet minus fidelis sit, opes honoresque conse- quitur maximos. Bona enim Dominorum non ad benè demerentes, sed eos quibus for- tuna fauet, spectare videntur. Domini autem quicquid faciunt, ex mera gratia fit, quæ in donum voluntarium non meritum cedit:

» hos vbi offenderis, misericordia laborem non
» debita mercede tibi compensabunt. Quocirca
» omnes aulicos hinc admonitos velim, ~~ne cum~~

Fauor prin- cipum com- mutabilis. se in gratia Principis positos vident, plus a- quo efferantur. Fauor enim iste aut beneuo- lentia, quæ hereditario iure non conceditur,
» facillimè in iram, odium atque crudelitatem
» cōverti potest, quod nos dilucidè hoc sequen- te tetraſticho testamur.

Irus erit iubito, qui modo Cro- tus erat. *Si quis honorificas virtutibus expleat verbes,
Erit & vnus criminis indereus
Tum virtus amissa prior, tum gratia languet:
Ponderat & modulo crimina quisq; pari.*

Quare beatus ille censendus; qui extra Re- gum aulas se sustentare potest. Nullius enim

O fortuna sis nimis si bona norint, A- gricolae. licet fidelissimum studium, aut amicitiam magnificiunt illi, amantque neminem, nisi cuius potentia bonisq; vicissim perfrui pos- sint, aut in quem eos vaga mens insta- bilisque animi voluntas tra- hit atque incli- nat.

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

Coram Rege lupus misera mendacia Sulpi
 Construit, innumeris in simulatq; malis.
 Istud adhuc hodie multis scelus extat in aulis,
 Trudat Et hic illum de statione sua.



Cum ceteri quiescerent,
 Et facta iam silentia
 Per regis essent atria,
 Suam lupus sententiam
 Mox explicabat talibus:
 Rex o benigne, Rex bone,
 Inter feras fortissime,
 Te quaeso per potentiam,
 Per iura, perq; gratiam:
 Questus meos ut iudias.
 Supremate necessitas,
 Et tangit infelicitas,
 Qua me, meosq; prae grauat.

I.
 Accusatio
 Isengrinij.
 Captat be-
 neuolentiã
 à persona
 Regis, a mi-
 seria sue-
 rum.

II. *Perversus ille Reinike,
Iste omnium nequissimus,
Mihī, meisq; filiis
Iniurias tot intulit
Paritq; tot molestias:
Quot ore non percenseant
Ut conticescam cetera,*

III. *Is nuper uxorem meam
In adulte- Perminxit, Et nil amplius
rio depre- Viroque cernat lumine.
hensum Et constituta cum dies
Reiniken Dignum foret per iudicem,
significat. Ut estimaret optimo
Hanc iure controuersiam:
Vocatus in ius noluit
Parere c. ram per fiduse
Munita sed Velocius
Castella c. iudens obserat.
Probare possum plurimis
Id omne testimonis.*

*Nec ora si decem forent,
Comp'lectar hac incommoda,
Quae multa quam breuissima
Confecit ille tempore.*

*Quin totius si conferam
Chartas librosq; Gallia,
Patentis Et Germania,
Tamen nec omnes exequar,
Dolos ve scribam Reinikes.
Me probr. a vexant coniugis,
Anguniq; dilectissima,
In multa quae non perferam.
Sic dicit. Et finem facit.*

Post

Tibicines excellere,
 Omnesq; possis bestias.
 Et prater ista singula
 Si forte concupiueris
 Sacros Sacerdos ordines,
 De Vesperarum canticis,
 Sacroq; mystæ simbolo:
 Præcepta tradam singula.

Hac pollicetur omnia:

Vulpem tamen non exuens,
 Miserrimum lepusculum
 Mactare dextra nititur.

Tunc ipse velox aduolo,

Novosq; cantus audio:

Ambo silebunt ocyus,

Eratq; prima lectio

Vel omnium breuissima.

Sed cum laterem clanculum,

Nec illico interrumpere

Vulpecula negotium:

Fi protinus lepusculum

Aggressus audax Reinike

Morsu cruentat impior:

Et dente collum vulnerat.

In hisce calamitatibus

Sinon amico supplici

Opem tulissem mai imame

Misellus hic lepusculus

In frustra mille, Reinikes

Discerptus esset dentibus.

Adhuc in ore saucij,

Lethale vulnus cernitis.

Signum
 manifestū.

B 6

Qua

Quapropter Augustissime
 Rex, Principesq; splendidi,
 Concludit cum adhortatione vltionis.
 Nidamina vindicabitis
 Insipientis Reimkes:
 Nihil valebit amplius
 Et vestra nil auctoritas
 Mouebit illos subditos.
 Post verba demum talia
 Dicebat Isengrinus.
 Superstes iste Reimke
 Si vixerit diutius:
 Nobis profecto singulis
 Pericla mille construet.
 Quae e mea sententia,
 Nihil foret consultius,
 Quam mersus atro funere
 Si morte vitam solueret.

QVINQVE EX HOC SE-
 cundo capite obseruari
 debent.

Primò, quòd auari & potentes in aulis
 Principum, prout lupo hic facit, qua-
 dam inuidia inflammati frequenter causas
 excogitent, quibus in proximum, qui inferio-
 ris conditionis est, magnū concitent odium,
 & ipsi sic digniora, quae aliis inuidet officia,
 consequantur. Diuitiae enim Principū non
 ad feruientes, aut benè meritos, sed assenta-
 tione plurimū valentes videntur pertinere.
 Secundò, quòd in aulis Principum quā
 plurimi

plurimi degant Palatini, qui non modò soli dominari volunt, & omnino primas penes Principem partes obtinere contendunt, sed & multorum debitam mercedem & beneficium impedire, sibi que in bonorum perniciem per fas & nefas omnia vendicare: & prope modum ipsum Principem eiusque Rempublicam spoliare, exhaurire & expilare summopere student. Præcipuè autem eruditione excellentes, & virtutibus illustres persequuntur, timentq; ne tales illis palmam, aut principis fauorem præripiant. Nec ex re & dignitate sua esse putant aliquos in curia illa degere, qui opibus antecellant.

Tertiò, inuidus, maleuolus & contumeliosus homo quo inimico plus noceat & suæ iniuriosæ voluntati satisfaciat, existimationem proprii nominis & honoris amittere nõ erubescit. sed quo certiore iudic. fidem faciat, odio incitatus tum quæ sibi, tum quæ suis dedecori sunt, inaniter effutit. Sicut & hoc loco lupus, quò facilius querimoniis in vulpem effusis credatur, certiore que calumniæ fidem mereantur, propriam vxorem coram iudice dehonestare, suamq; infamiam detegere non extimescit.

Quartò, duplex genus assentatorum in aulis inuenitur, quorum alterum infirmius, vt si Parasitus gratia valens, calumniis alium insectatur, & in discrimen vocare studet. Alterum genus est potetiorum, qui cum aliquem aula extrudere conantur, ilicet omnes quasi

Ingenio celebres non amat aula viros.

Inuidia Sculi nõ inuenere tyranni

Matus tormentum.

Nec te laudaris, nec te culpaue ris ipse.

Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Duplex assentatorum genus.

18 DE ASTVT. VVLP.

facto agmine in eum impetum faciunt. Idem hic contingit, quò lupi querela regi acceptior fiat, pariter canis, felis, & lepus in lupi gratiã de vulpecula conqueruntur, eamq; afflictam extinguere conantur.

Quintò, notatur hic etiam adulteriũ quod Vulpes cum vxore lupi commiserat. Id inter magnates iam ad eò vulgare est, vt omnes ferè cum honestam aliquam matronam cõpulerunt, aut virginem vitiãrunt id laudi sibi ducendum existiment: iccirco lenociniis amorum illicitorum turpissimis liberrimè exagitantur. Vnde quidam non inelegãter inquit,

*Hic stultus est & desipit,
Quicumq; credit coniugi,
Vt osculetur alterum,
Et casta noctem dormiat
In proximi cubilibus.
Talis fides per horridum
Est instituta Demonem.*

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

*Iniustam Vulpis causam Greuincius orat,
Huic etenim patria stirpe propinquus erat.
Se tamen euinci & etat accusator acerbus.
Et renouat Vulpis facta priora lupus.*

Grimhart
qui & Greuincius
dicitur.

AMicus inde Reinikes
Verbis tonat Greuincius
Oransq; causam perditam

Impis.

*Iniurias grauisimas,
Meo dedit quas proximo.*



*Porro lupi dementiam
Demiror &sq; maximam,
Sua quod ignauissima
Vxoris acta detegat,
Nam quicquid ille fecerat,
Amoris ergo mutui
Lupus scit actum quod fuit,
Nec hoc peremta Reinikes
Est Vxor illa vulnere,
Expostulare nec cupit,
Aut Regis implorat fidem,
Vrsus quod inde protulit
Vilissimis iniuriis
Plenumq; contumeliis
Mentitur atque peierat,
Nam Reinikes Scholaasticus
Fuitq; seruus hic lepus.*

Cur non Magister audeat
Seruum procacem cadere,
Vt sit eruditior?

Quod mente raptus ebria
Catellus inde clamat
Se perdidisse maximum
Farcimen, id furtum fuit.

Nō minor
est virtus,
quā quę-
rere, parta
tueri.

Quod iure partum pessimo
Est, pessimè dilabitur,

Cum quisq; natus nobilis
Odisse fures debeat.

Quis inuolere nunc volet
Vulpi, quod illud abstulit
Perosa nanq; milites,

Prædis abhorret omnibus,
Semelq; quouis vescitur

Laudat
Vulpem à
vitæ inte-
gritate.
A tempe-
rantia.
A Religio-
nis deuo-
tione.

Die cibus vtilissimis,

Vitamq; ducit asperam,

Ceu frater esset ordinis

Pauperrimus monasticis

Arcem reliquit patriam,

Et canobitis extruit

Domum paternis sumtibus

Famem, sitimq; maximam

Vt omne crimen diluat,

Vel sponte ferre cogitat.

Finitus Et sermo fuit,

Gallus propinquis cum suis

Aulam subibat regiam.

Gallina fertur insuper

Peremta morfu Reimikes.

HOC IN CAPITE TRIA
notabilia occurrunt.

PRImò, quàm salutare & vtile sit habere in aula fidum aliquem amicum, à quo per adultores vanissimos quispiam traditus, fideliter defendatur, & excusetur. Quo circa sapientum consiliis admonemur, vt amicum syncerum gemmis & auro praferamus. Mù- dus enim perfidia cùm plenus sit, & nusquam tuta fides, necesse est, vt quisque sibi bene prospiciat, nec omnibus facilè credat. Vnde non ineleganter quidam dixit:

Eidoparum, Valido constringe loquacia freno

Guttur, nam raro continuisse nocet.

Casibus aduersis cum te fortuna fugat,

Mullibus è socijs, dix feret vnus opem.

Secundò, quòd lupus & vulpes per occultas & abstrusas quasdam insidias, foedus iniuerint, vt suum emolumentum, cum aliorum incommodo facerent, quod tamen lupus sua in accusatione artificiosè occultat.

Verùm quicumq; foedus cum altero icere cogitat, aliam ob causam, nisi communis utilitatis ergo, id facere non debet. Nam illi qui proprium tantum commodum spectare & promouere solent, non foedus sed conspirationem quandam sceleratam videntur conflasse. Vbi res arctissimis literarum vinculis confirmatur, manifestum est, quod alter alteri diffidat, & ex talibus obligationibus oriuntur saepè cōtrouersiae, & lites maximae, cū

tamen

Nec raro
tacuisse no-
cet, nocet
esse locu-
tum.

*Foedus quo
modo sit
faciendum.*

tamen causa constituendæ pacis literæ initio factæ essent. Integri & fide digni homines, qui promissis satisfacere conantur, huiusmodi literis obstringentibus non indigent, sed futiles, leues, & fraudulentæ, quibus nihil creditur, operosis chirographorum cautelis se inuicem deuinciunt.

In quem finem obligare quis se debeat. Obligatio in eum sanè finem dirigi debet, vt Pax conseruaretur publica, verùm aliter vsu euenit, pactiones enim iam belli excitandi causa conficiuntur: nec vlla res adeò inhonesta, & periculosa exoriri potest, quæ non ad pactiones istas detorta excusetur & stabilitu.

Tertiò, notatur perfidia & infidelitas quæ hic Lupus erga Vulpem exercet. Nam quòd Vulpes lupi causa se periculis exponit, & pisces Aurigæ è curru in vtriusq; commodum dejicit, & tamè per infidum comitem lupum turpiter decipitur: Idem in aulis plerunque cõtingit, vbi alter laborem perfert, alter mercedem aufert. Quicunq; autem tam malitiosè agit, isti aliquandiu quidem fortuna blanditur, sed quò serior eò grauior tacitis poena venit pedibus. Et lento ad vindictam sui gradu diuina procedit ira, sed supplicij grauitate tarditatem eam compensat.

Tarditatẽ supplicij grauitate Deus compensat.

Achitophel, cuius consilia velut angeli cuiusdam David suspiciebat, Absoloni suadebat vt bellum parenti indiceret, & regnum vi occuparet, cui dum Absolon paret, arbori capillis inhaerens confoditur, & Achitophel seipsum

Pœnas luebat debitas,
 Demum velut cuculliger,
 Legenda monstrat nuncia
 Signo notat a regio,
 Illic legebam, quod tuo
 ô Rex potestas incluta
 Pacem dedisset auream,
 Cunctis feris syluestribus,
 Cœlumq; peruolantibus,
 Addebat istud in super,
 Vita genus pauperrima
 Legisse se vilissimum,
 Et cœnobita cœlibis
 Servare duos ordines.
 Ait, nec unquam carnibus,



Nec vescar ouis amplius,
 Deoq; soli seruiam,
 Agamq; penitentiam,
 Errata deflens omnia.

Quæ certius quò crederem,
 Atrum cucullam subleuat,
 Nouasq; monstrat literas
 Prioris in Collegio:
 Vestemq; villis horridam.
 Post optat, Et feliciter
 Noctem quietam transgam,
 Dicitq; sese debitas
 Orare velle vesperas.

Fide, cui
 autē vide.
 II.

Latibar ergo plurimum
 Meumq; cætum conuocans,
 Mox liberis charissimis
 Hoc gaudium denuncio.
 Omnes triumphant licet,
 Clausasq; portas exeunt:
 Et victitant liberrimè.

Sed ille callidissimè
 Clam fur iniquus aduolat,
 Et optimum de filiis
 Ieiunus ore deuorat.
 Nec vis canum nos postea
 Venator aut custodit.
 Noctes diesq; liberè
 Prædatur, errat, enecat:

III.

Quousq; incundissimos
 Occidit omnes filios,
 Vorauit atque filias,
 Hæc: præter unam, quam canes,
 Dum terga vertit Reique,
 Vi sustulere mortuam:
 Nam dente sauo strinxerat,
 Et languidam momorderat,
 Ad vsque summos spiritus.

TRIA

TRIA EX HOC CAPITE PVL-
chra & fructuosa colligi
possunt.

IS qui inimicis circumdatus est, & securus in
arce munitissima, aut priuata custodia de-
tinetur, non facile voluptatis causa illam, ne
in manus hostium incidat, relinquet. Sic e-
nim Gallus, vt primum leuitate compulsus
muros suos firmissimos deserit, à Vulpecula
comprehenditur, & liberis suis charissimis
orbatur. Quare fideliter Cyrillus, vt omnes
attentè consideremus, & perpendamus, quò
eamus, cui fidamus: etiam in tutissimis rebus
nonnunquam dubitemus, & diffidamus, per
huiusmodi monet fabulam.

Accidit aliquando, vt coruus esurientis
vulpeculae miseriam moueretur, gallinis iccir-
co aliquot ad famem vtriusque sufficienti-
bus verba dare cogitans, annuncio, inquit,
vobis Gallinae gaudium maximum Vulpes
enim virginum Vestalium ordinem ingressa,
dolos, praestigias, & omnem crudelitatem
exiit: quare cōgredimini mihi, vt miraculum
hoc spectetis, peplum enim ferens, templum
frequentat, & religiosè in choro cantat. Gal-
linae persuasae comitantur coruum, sed inter
ambulandum obuiam gallus venit, quem &
comitem sibi adiungere satagunt. Sed Gallus
dolo animaduerso gallinis ait, audite me fa-
tua, vnà cum ductore vestro ad necem pergi-
tis. Si creditis, quòd vulpes aut coruus quic-
quam

*Lupus pila
miseret, non
mentem.*

C

quam

quam boni in animum induxerint, nocte lucem, & luce noctem, quod impossibile est, expectatis. Nunquid audistis Sapiētis dictum: Ad credendum tardus, ad audiendum velox esto. Nec mendaci aut adulatori fides adhibenda est, verba enim prius ponderanda & trutina quadam examinanda sunt. Denique videtis quam stultum sit fallaci coruo fidere: & quam ridiculum credere vulpeculam mores expisse, aut pellem vulpinam peplo mutasse, & in templo more virginum cantare. Abest hoc ab ingenio, abest à moribus: naturam enim furca expellas, tamen vsque recurret. Hæc gallinæ cum audiuiſſent relicto coruo gallum sequebantur.

Secundò, ne temerè quis inimico fidem tribuat, etiamſi blandiſſimis vtatur verbis, eaq; sanctiſſimi Sacramenti sigillo ſtabiliat, ſicut Vulpecula hîc blandis & mendacibus dictis fictaq; ſanctimonia Gallum allectum decipit. Vt res eum qui inimicis facile crederet, viuo aſſimulârunt ſerpentem ſinu ſuæ uenti, qui nesciret, quando ſe inuenteret i-
 +
 pſumq; veneno inficeret. Nemo igitur ſapiens inimico fidem habere, ſed eum per uicane & angue deuitare debet.

Ad generũ Tertio, cùm Tyrannus per imperij inſo-
Ceroris ſi leniam viribus abuti, & pro animi libidine,
ne caude, et vt hîc Vulpecula inter Gallinas graſſari cæ-
Cingvine pent: difficulter admodum à propoſito de-
pari, De terreri poterit. Per exercitationem enim ma-
ſcendunt le agendi conſuetudo & petulantia intolerabi-
 bilis

bilis gignitur. Ita ut ludus ipsi iucundior est. *Reges, &*
 se non possit quam nouis subinde grauami- *sic a morte*
 nibus pauperes opprimere, & in eorum inno- *tyranni,*
 centi sanguine quoddam quasi refrigerium
 quærere. Nec sperandum tales vnquam ab
 immani proposito auocari posse, donec tan-
 dem in manus inimicorum deueniant, & iu-
 stum hant supplicium. Exemplo fit Maxi-
 mus ille Persarum Rex Cyrus, qui licet non
 insignè Tyranni & crudelitatis apud omnes
 occuparit titulum, tamen eum Scytharum
 Regina Tomyris deuictum regnoq; exutum
 capitis poena multauit, saccoq; è corio con-
 fecto & sanguine humano impleto inuoluit,
 contumeliosum hoc cum summa exproba-
 tione adiiciens dictum: Saria te sanguine
 quem sitisti.

Testatur Lucius Florus, quòd Germani *Quaquam*
 olim Quintilium Varum leges odiosas figen- *Tuatus af-*
 tem, & inauditas iniuriasq; constitutiones *firmat*
 excogitantem, cum omnibus suis trucidau- *Quintiliu*
 rint, & mortuo abscissa lingua, his verbis in- *hunc sibi*
 sultauerint, Tandem vipera sibilare desiste. *gladio mor-*
tem con-
 Quapropter non minus verè quam elegan- *sciuisse.*
 ter Poeta inquit,

Sic Regum finitur honor, sic gloria languet:
Morsus in humano sanguine Cyrus obit.
Cæsaris in toto quacumq; potentia mundo
Extitit interitum fertur habere grauem.
Exitum crudele ferunt, quacumq; potestas
Esse putat: Varijs inuolata modis.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

Rex pius instaurat Gallinæ funus amata,
 Latroni pœnas constituitq; graues.
 Scilicet id regem decet, Et tueatur egenos,
 Atq; superborum sub pede colla premat.



Rex inquit huc chariss. me,
 Grimhari ades lum percipe,
 Quid scurra noster Remike
 iam cœnobita factuzet:
 Profecti ò si vel vnicum
 Superstes annum vixero,
 Hunc pestimum Sicarium,
 Cum stirpe perdam funditus,
 iam triste tempus postulat,
 Humare Galli filiam.

Honore

Honore facto funeris
 Nos colloquemur inuicem,
 Et punsemus impium
 Vefas iubet, Veneficum.

II

Sed more quam dignissime,
 Quantisq; caremonijs,
 Solemnibusq; cantibus
 Sepulci Galli filia
 Sit, praterire per placet,
 Nam res foret prolixior,
 Narrare cuncta si velim.

Stabat sepulchrum marmore
 Sublime candidissimo
 Quod enitebat maxime,
 Incisa verba grandibus,
 Notis sepulci nomina
 Sic indicabant omnibus.

Descriptio
 sepulchri.

Hoc nata galli Krassenot
 Busto quiescit optima,
 Parentis & simillima,
 Qua singulis recentia
 Diebus una protulit:
 Extincta dente Reinikes
 Latronis est sauisima.
 Viator istud inclyte
 Gallina scire te cupit:
 Abi, misertum sat scio.
 Sed ante tu leuissimam
 Precare terram pulueri.

Epitaphiū
 Gallinae à
 Vulpe oc-
 cisa.

Sed ecce regni principes
 Rex conuocabat ocyus,
 Verendus inter bestias.

III

C 3

II

utriusq; rationem aut disceptationem probè percipiat & dignoscat, corruptissimi iudicis meretur nomen. Errat enim à veritate sententia, inuertit causas, & iniustitiam defendit, dum fundamentum causæ non intelligit. Idcirco inuestigabilis illa Dei optimi Maximi Prouidentia prætoribus & iudicibus duas aures dedit, quarum sinistra accusatori, dextera verò reo patens inseruiat, & delationes probè examinet. Nam si blandienti vtranque aurem præbeant, iniqua sequentur iudicia, iusta causa opprimetur, grauissimarumque contentionum & inimicitiarum femina spargentur.

*Quare im-
dex duas
aures ha-
beat.*

Tertio, nullius causam damnandam esse, nisi prius aliquis in ius citatus & testibus certis conuictus sit. Defensio enim de iure naturali omnibus liberè cõceditur. Quocirca necesse est, vt & delati responsio audiatur, nec iudicium nisi vtriusque causa cognita pronuncietur.

*Defensio
nulli pro-
hibita.*

*Quales cõ-
siliarios
Reges ha-
bere de-
beant.*

Quarto, vt Reges, Principes, & ciuitates habent consiliarios incorruptos, honestos, prudentes, fideles, & multarum rerum peritos, qui veritatem ament, Deum extimescãt, & auaritiã execrentur. Sic feliciter imperare, & causas tã belli quàm pacis etiam grauissimas discernere facillimè poterunt. Regis enim salus, & amplificatio regni, honoris, & gloriæ, in manu & prouidentia consiliariorũ cõsistit. Vnde Salomon in prouerbis nostris Dilingæ editis, inquit:

Quo

*Quo plures consultores Respublica nutrit,
Hoc etiam donis pluribus aucta viget.*

Cap. III.

Porro sapientia sine fidelitate nihil valet. *Fidelitas*
Sunt enim regum confilia & ardua & maxi- *Sapientia*
ma, consiliariorum verò fidelium numerus *coniuncta*
perexiguus. Quocirca Rex diligentiores, & *plurimum*
fui amantiores, præ cæteris eliget, amabit & *in rebus ge-*
colet, corruptis verò moribus & deprauata *rendis va-*
consuetudine infames à se repellere, & abige- *let.*
re conabitur. Bonos precio ad benè agèdum
irritabit, malosq; pœnis compeſcet, & à men-
tis prauitate deterrebit.

Ad hæc senatus prudens vnicuiusq; prin- *Prudentis*
cipium causæ considerat, finemque accura- *senatus*
tius respicit, nihil boni maliye Regem cælat, *aut fidelis*
imò etiam ipsum malè agentem redarguit, *consiliarij*
viam iustitiæ declarat, eiusque omnibus ra- *officium.*
tionibus non aliter, quam si sua res ageretur,
prospicit atq; consultit.

Quibus autem fucis machinis, præstigiis,
hodie pleriq; aulici instructi bonos inuadant,
vtque ad diuitias, census, honores, inuidiam,
inflammati auiditate rapiantur, ne odium
pariant, omittenda erunt. Aula enim verita-
tem tolerare non potest. Nec frustra dixit,
qui sequentes protulit versiculos:

*Non intret aulas Principum,
Ex corde qui Deum colit.
Nam difficulter aulico,
Relinquitur potentia.
Cuius superba gloria
Augetur indies magis.*

C 5

Hic

Hic regnat inconstantia
 Et saepe peruersissimus
 Est administrator Principi
 Acceptor fidiſſimo.
 Proinde quiſquis gloria
 Abherret, & mendacys.
 Quem nudatantum Veritas
 Oblectat, atq; comitas,
 Non intret aulas Principum.

*Seruitia Principū per se ma-
 lissimo sunt.* Aulæ quidem, & Principum seruitia per se mala non sunt. Multi præclari & generosi viri, tum nobilitate generis tum eruditione & virtutibus præstantiss. his operam nauarunt indefessam, & tamen vita integerrimè acta cogniti sunt. Sed hoc imprimis spectari oportet, quòd aula plerosque propter innumerabiles rerum distractiones, & molesta operosaque negotia à sanctitate morum, & religionis pietate auocat. Ibi enim pro cultu, & curatione corporis, quæ Deo erat adhibenda, incontinètia omnium perturbationum mater imperium tenet, omnes intemperantissimis ferculis atq; perpotationibus sunt dediti. Quid autem inde promanet commodi, cuiusuis iudicio, aut cogitationi liberum relinquitur. Dummodo enim aulici tales Principis sui gratiam & fauorè conferuent, vel turpissima quæq; coram Deo & mundo cõmittere non erubescunt. Vnde Aulicus quidam apud Poetam de seipso gloriatur.

Quodcumq; Princeps expent,
 Meumq; mandat, conſule.

Quam

Quamuis id Urbes perderet,
 Aut civium concordiam:
 Et omnium Respublicas:
 Tantum meam si consequor
 Partem vel omnes video.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Charta per hirsutum vulpi transmittitur Er-
 Sertaque Regis iussa Leonis habet. (sum,
 Suscipiunt hodie sic res plerunq; gerendas,
 Qui tumidi Vere nil rationis habent.



Regale sceptrum concussit
 Rex & Brunonem senocans:
 o Chare serue clamat,
 Perfer tabellas regias
 Ad hostis arcem Reinikes,
 Prudenter atq; sobrie
 Subibis hanc prouinciam:

Rex Ursum
 ablegat.

C 6

Impo.

*Impostor ille callidus,
Molitur omnes machinas,
Et saepe fallit inscios.*

*Post Verba Regis mox Bruno
Vocem sonorus extulit.*

*Obtestor omnes cœlites,
Tuamq; rex potentiam:
Quod opto tellus Et mihi
Dehiscat ante perdito,
Quam me sinam per Reiniken
Tam fraudulententer decipi.*

11.

*Capesit ergo protinus,
Iterq; longum conficit
Per densa iustra, per nemus,
Et montium cacumina:
Cum Venit alterodie,
Conspexit arcem splendidam,
In qua latebat Reinike.
Audacter ipse ianuam
Impellit, Et repagula,
Clamatq; nunquid Reinike
Præsens in arce victitas?*

*En nunciuster maximo
De rege missus adfero
Perutiles Epistolas.
Iuravit ille per Deos
Si Regis ad Palatia,
Non aduolabis illicò,
Et me sequere nuncium,
Pœnas subibis asperas.
Tormentanam grauissimam
Minatur Et crucem tibi.*

Hac

Hac audiebat Reinike,
 In arce tutus permanens,
 Voluebat imo pectore,
 Quo nempe p.ucto debitam
 Haberet vrsu gratiam.
 Non ille me grauissimis
 Rumoribus momorderit.
 Sic absq; causa nunciis,
 Inquit, potenter obserans
 Vallata propugnacula,
 Hiatis squalentia,
 Et plena fossis maximis.
 In hac latebat Reinike,
 Si quando pradam fecerat,
 Vel omnium tutissimus.
 Has sepe fallacissimas,
 Intrauit ades ocyus
 Quæ nesciebat bestia.
 At quando vellet anxios
 Referre gressus, occidit.
 Ne hanc domum recurrere
 Est passus vnquam Reinike:
 Sed deuorauit integram.

Descriptio
 arcis Rei-
 nikes.

DVO HOC EX CAPITE
 diligenter obseruari debent.

QVod tardioris naturæ & hebetioris in-
 genij homines, qui nullarum rerum ex-
 perientiam aut vsum habent, se arduis sepe
 negotiis intrudunt, & molestis importunis
 implicant, vnde se extricare cum volunt, in

C 7 luto

luto omnino hesitant, aut altero pede euulso,
altero altius immerguntur. Idcirco facilimè
ab acutioribus vsu & perspicacioribus natu-
ra hominibus decipiuntur: & in grauissima
sapè coniciuntur pericula. Sicut crasso, rigi-
do, atque infulto vrsò hîc Vulpes imponit a-
stutissima.

Geor. Sab. *At c.ueat rudibus ne quid committat a sellis,
Qui benè curatas res volet esse suos.*

Monemur hîc, ne quis temerè se muneri
cuiquam immisceat, aut negotium sua spontè
susceptum expedire cogitet, nisi prius vires
suas explorauerit, & se idoneum esse cogno-
uerit. Is enim qui se difficilibus & minimè
decètibus occupationibus implicat, licet bo-
næ & honestæ sint, tamen absq; incommodo
se expedire ab illis non poterit, quod idem hîc
in temerario vrsò videre licet. Quare nemo in-
consideratè ad periculofam conditionem vo-
cari, aut temeritate quadã ad res arduas con-
ficiendas se transmitti patiatur.

CAPVT VII.
ARGVMENTVM.

*Callida solerti meditatur pectore Vulpes,
Excipiat missum quis ratione Ducem.
Hec mihi quot numerant hæc ferrea secula
Vulpes,
Qui graue mellito Virus ab ore vomunt.*

BRunonis vt perceperat
Acerba Verbis Reinike:
Non credulum se prabuit.

Donos

Donec videret neminem,
Præter Brunonem nuncium.
Tunc exit arcem protinus,
Visumq; blandis excipit,
Salutat atq; Vocibus.



Aduentus hic precor tibi
Bruno sit optatissimus:
Non ante dictas vesperas,
Exire castrum debeo:
Quapropter adsum tardius.
Sed huic agat quis gratias:
Qui te coegit hanc viam
Vorare nobilissime.
Sudore manus anxio,
Labore fessus maximo,
Te credo præter neminem
Quem mitteret Rex nuncium
Sustentat arce regia.
Cum sit feraxum maximus,

Inter

Salutatio
qua bene-
uolentiam
captat.

Occupatio

Inter minores belluas
 Parem nec aula iactitet:
 Mi spero felicissima,
 Eritq; commodissima
 Brunonis hac profectio.
 Nam subuenire fontibus,
 In Regis aula plurimum:
 Te consulendo nouimus.

Venire cras decreueram:
 Profectus huc nisi fores,
 Morbo licet grauissimo
 Me frangat imbecillitas
 Et difficulter ambulem.

Cibus enim recentibus,
 Dum plenius refectio
 Latrantis alui viscera,
 Nunc omne corpus angitur
 Et concipit molestias.

Bruno sed inquit: Reinike
 Dilecte quid comederas?
 Quod ager esse coeperis.

Extenua-
 tio qua ar-
 tificiose
 quidem v-
 ritur vt o-
 mnem no-
 cendi suspi-
 cionem a
 se remo-
 ueat.

Respondet acer Reinike,
 Nos more vili pauperum
 Qui victitare cogimur,
 Si carnibus non possumus,
 Cibi: ve gratis perfrui,
 Tunc lacte, pane, caseo,
 Vel melle flauo, vescimur.
 Id me grauis necessitas
 Vorare nuper compulit.
 Inflatu ecce sed mihi
 Est melle venter turgidus,

Tument, dolentq; viscera.

Sed quando possum carnibus.

Ouisq; vesicandis,

Non melli propter surgerem.

Bruno quid inquis optime,

Dicebat, hoc incognitum

Nisi fuisset haecenus,

Huc aduolissent arbitror,

Vel orbis omnes bestiae.

An mella vobis aurea

Sordent in istis finibus?

Quae piscibus, quae carnibus,

Cunctisq; praecibarijs

Electa sponte sumerem,

Quod copiam si feceris

Mellis mihi largissimam,

In omne tempus maximas

Memor referrem gratias.

Ridere secum Reinike

Clam cepit astutissimus.

Et mox Brunonem credulum,

Affatur his sermonibus.

Si mellis optas serio

Fauum tibi dulcissimum,

Et hoc libenter vesceris:

Prondosa villa culmina,

Scio coloni Rustefeils.

Quotannis ille colligit,

Mellis fauos purissimi

Quot te, vel ullam bestiam

Vidisse nunquam suspicor.

Nec villa dicti rustici,

Plus

à facili.

Plus distat illa millibus
Decem, vel octo passibus.

II.

Brunonis os inuaseras
Ardor, cupiditas & sitis,
Vt mella votis Rustefests
Desideraret omnibus.

Vulpem nec orat amplius,
Sed postulat, sed imperat.

Pergamus ergo Reinike
Dicebat atq; per breuem

Viam teramus ocyus.

Quamuis ob aegritudinem
Deambulatum non eam,

Tamen Bruno charissime
Nos inter ambos mutua

Infinuat se
ab amicitia.

Communitas antiquitus
Constat, ne iam concidat,

Tecum lubenter ambulo.

Nam tu favore me tuo
Iuuare rursus plurimum

Apud Leonem prauales
Aduersus infensissimos

Hostesq; perfidissimos.
Sic absq; diris fraudibus,

Te melle iam refarciam.
Amice delectabilis.

III.
Credulitas
Vrii.

Bruno secutus Reiniken
Ceu stultus ales aucupem

Tollit moras Velocius.
Promelle sed Sulpecula

Putabat, in te conferam
Bruno licenter verbera.

Et

Et omnium stultissimum,
Te fellis in forum traham.

Postquam Coloni Rustefels,
Propinquat altis sepibus,
Gaudebat Vrsus intimo
Ex corde dementissimus.
Mellistamen ne particeps,
Factus ve compos est factus.
Aetate nostra sicuti
Plerisq; stultis evenit.

Gaudiura
Vrsi.

TRIA IN HOC CAPITE,
observatione digna iudico.

QVod inertes, ignavi & somniculosi faci-
le à versutis & vafis superentur, rum-
nasque laboriosas perpetiantur. Non solum
cùm à malitiosis impostoribus callidè & in-
dignè, quod adulatoribus proprium est, ex-
tolluntur atq; laudantur. Verùm etiam, cùm
illis præcipuè ea, in quæ potissimum procli-
ues incumbere consueverunt, vt superbo ho-
nores, gloria: auaro opes, pecunia: guloso cibi
potusque deliciae proponuntur. Quemad-
modum hinc ignauissimum Vrsum indignis
Vulpecula euehit laudibus, dum fucato ex a-
nimo inter loquendum ansam ipsum exco-
riandi quærit, mellisque, ad quod Vrsus à na-
tura inclinatus propendet, mentionem fa-
cit. Qui enim similtates ac inimicitias ex-
ercent, non aperto Marte semper congredi-
untur, sed quodam clandestino consilio
ab-

L.

Sic haben-
dū, in ami-
city nullā
esse maiorē
pestem,
quàm adu-
lationem,
blāditiar,
assentatio-
nem.

ab-

abstrusisq; insidiis, vt versuta vulpes hñe agit, se inuicem vlciscuntur. Quapropter prudentiores se consiliis munire contra versatiles istos homines, & quadam prouidentia armare debent.

II.

*Temerè
credere
plurimum
nocet.*

Cùm aperti & simplices huiusmodi præstigiis, captionibus, & mellitis verbis ex infido corde profectis fidem adhibent, facile seducuntur, & calamitatibus interdum turbulentissimis immerguntur, quod & vrsò vulpi maleuolæ credenti contingit. Ideoque prudenter vetustas admonuit, cor hominis ad blandimenta inimici, qui plus de se quam præstare possit, pollicetur, inclinari non debere, ne blâda oratione decipiatur. In similitatibus enim atque odio nusquam tuta fides inuenitur.

*Nusquam
tuta fides.*

III.

*Cum bonis
bonus eris,
cum per-
uersis, per-
uertēris.*

Qui cõsilia fallacium & infidelium sequitur, facile machinis circumscribitur, & ignominie condemnatur. Nihil enim periculosius est, quam iis fidem tribuere, in quibus fides non est. Qui bonis se consociat, is honorem & gloriam consequitur, at qui peruersis coniūgitur, ipsemet etiam peruertitur. Quocirca summopere omnes caueant, ne se dolis aut populari assentatione circumueniri patiantur, & prauorum commercia, licet proximorum, aut consanguineorum etiam, æquè atq; angues deuient, omnia eorum consilia, quamuis & prudentiæ & fidei plena videantur, suspecta habeant, & sub iis latentes machinationes & fraudes exhorrescant: Ab illis

*Cõmercia
praua vi-
sanda.*

verò,

verò à quibus fidelitas & honoris quaedam constantia proficiscitur, nunquam se segregent, etiam si eorum ex consuetudine paulò minorem, aut nullum fructum percipiāt, hoc solo contenti, quòd talium fidem, & magnanimitatem honorificam experiantur.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

*Ecce per infidam Vulpem ducitur Vrsus,
 Ut rapiat dulci condita mella fauo.
 Ipse sed hospitij Vinculis religatus iniqui
 Ingemit, Et captus Vincula sera & det.
 Sic hodie tum mella legunt pleriq; sub anlis,
 Mortiferam lingunt felis amaritiem.*



*C*um noctis irent tempora,
 Et astra caelo spargerent.
 Esseiq; certus Reinike,
 Quòd fissa membris languidus
 Thor odedisset Russefeil,

Dulci-

90 DE ASTVT. VVLF.

Dulciq, somno corporis
 Leuaret artu. debiles.
 Fores sedante rustici,
 Qui perco ebat strenuè
 Artem fabri lignarij.
 Quercus sacebat ardua
 Nondum tamen securibus
 Vbiq; fissa ferreis.

Rustefeil
 faber li-
 gnarius.

Cuneos adhuc aheneos
 Fixos tenebat mordicus.
 I. Ut ista vidit Reinke,
 Hortatur vrsus taliter.
 Bruno quid obstat amplius.
 Accurre velox, & vola:
 Plus mellis huius arboris

Sit modus
 in rebus,
 sint certi
 denique fi-
 nes, Quos
 ultra citra-
 que nequit
 consistere
 verum.

Fissura lata continet:
 Quam fas sit vlli credere.
 Tu mellis lambe dulcia,
 Audacter imponens caput
 Sed plura ne voraueris,
 Venter tuus quam digerat,
 Edendo nam fastidium,
 Et concitabis nauisem,
 Dolebit alius in super
 Et sordide laxabitur,
 Rumpetur ante voragine.
 Respondet vrsus horridus,
 Amice nunquid Reinke
 Voraciorem neminem

Stultitia
 gloriatio.

Brunone credis? qui modum
 In rebus atq; singulis
 Obseruo continentiã

Sic

Sic Vrsus indignissima
 Se fraude passus decipi:
 Rimas in altis arboris
 Pedes priores inculit,
 Auresq; mella Rustefeils
 Fumante naso quaritans.
 Tunc cogitabat Reinike,
 Nunc Vrse mella Rustici
 Gustabis impiissimi,
 Cuneosq; fixos arbore
 Pedum mouebat Viribus,
 Et extraherat: Fortiter
 Diffissa quercus clauditur,
 Vrsusq; captum detinet,
 In vinculis arctissimis.
 Nihil iuuabant asperis
 Cum inrgijs conuicia
 Brunonis erga Reiniken,
 Nec robur ingens corporis
 Hunc liberare carcere
 Valebat, aut custodia,
 Tendeat is Virilibus
 Propartibus perumpere,
 Quercusq; rimas scindere,
 Et plorat alto murmure,
 Strepens ad uncis Vnguibus,
 Rauciq; voce gutturus:
 Instare lethum cogitat,
 Salutis Espe decidit.
 Quod audiens in horreo,
 Colonus audax Rustefeil,
 Armatusq; securiger

II.
 Stulta cre-
 duli as, &
 Vrsi securi-
 tas.

Astutia Rei
 nikes.

Captus est
 Labet.

§2 DE ASTVT. VVLP.

Ironia.

Accurrit, & rsum conspiciit.
 Tunc hospitem mordacibus
 Redens petit conuicijs
 Versutus & rsum Reinike,
 Bruno salutis immemor,
 Ne dulcibus cibarijs,
 Et melle te sic repleas:
 Ne forte rumpas viscera:
 Satisne melle dulcis
 Videntur huius Ruste feils?
 En appropinquat ocyus,
 Fructum daturus optimum
 Pro melle, pro conuiuio.
 His luset & rsum cum satis,
 Et pluribus conuicijs
 Acutus ille Reinike,
 Aulum profectus ad suam
 Sese dolosus occulit.

DVO HOC IN CAPITE NOBIS
 notatissima esse debeant.

I.
 Conuersa-
 tio maloru
 corrumpit
 bonos mo-
 res.

QVOD IIS, qui ex animi sententia viuere, & omnium periculorum expertes esse contendunt, cum malis nullum omnino commercium habendum sit, qui autem talibus sese addiderint socios, isti ignominie plerumque grauissimis afficiuntur, quod & Propheeta Dauid testatur, cum bonis, inquit, bonus eris, cum peruersis, peruerteris. Qui consortio prudentum & electorum utitur, sapiens & ele-

& electus euadit. Quare nisi cum bonis & fidelibus ineunda est societas.

Quod eum acutum & prouidū esse oporteat, qui fallacium & veteratorum astutias effugere velit. Quibus non dextrè intellectis, improuifis & repentinis periculis, facile homo insulfus inuoluitur, è quibus non absque dedecore, aut infamia emergere queat. Nam qui se obscuris genere, aut infimæ confociat multitudini, etiam si ipsemet in res malas aut pestiferas animum non intendat, tamen vix summa cum industria sine vitæ opprobrio euadere poterit. Cuius rei præter alia infinita exempla breuitatis causa omiffa, ab autore documentum per vrsi credulitatem dissolutam proponitur: vt intelligamus, neruos atq; artus esse sapientiæ, non temerè credere.

Cum quib. habenda

sit consuetudo.

II.

Nimia fa-

miliaritas

vbique parit

contemptū

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

*Captus ab Agricolis miserè tractatur iniquis
Extremam plagis vrsus ad vsq; necem.
Vixq; fugaceleri sibi consulit, atq; cruento
Vulnere vicinas saucius intrat aquas.*

VT videt vrsus Rustefeil
Non vincla posse rumpere:
Mox conuocabat ebrios,
Sed è taberna rusticos,
Adeste, dicit ad meam
Ligatus vrsus ianuam,

Rustefeil
ebrios con-
gregat ru-
sticos.

D Abire

*Abire nescit maximus.
Vos arma nunc capeſcite,
Et iuncta ferte ſpicula,
Vt enecetur bellua.*

Tunc ira grandis omnibus



*Furor ar-
ma mini-
ſtrat.*

*Agreſtium
furor.*

*Iutte, con-
cubina Sa-
cerdotis.*

*Miniftrat arma ruſticis.
In ſanus ille ſtipitem,
Raſtrum ſed alter, tertius
Furcam bicornem corripit.
Minifter adis publica
Torrem praeuſtum ſubleuat,
Quem non ſecutatar dius,
Iniqua Iutte ſaemina:
Colum ferebat ligneam,
Et omnibus crudelius
Spirabat ore ruſticis.
Vt eſſe ſe circumdatum
Bruno videbat hoſtibus
Tunc colligebat maximam
Vim, robur atq; corporis.*

ora latis rictibus,
 crinibus deformia
 percussu coactus extrahit
 n absq; multo sanguine:
 illos tamen densissimos
 guesq; tristis horridos,
 rimulis hiantibus
 uia relinquit arboris.
 lore praegravissimo,
 e ambulare nouerat.
 Immane spirans Rustefeil
 primus omnium fero
 co, termit Vrsum vulnere.
 quuntur illum ceteri,
 gisq; multat ant asperis
 gum Brunonis saucium.
 stas Faber cum malleis
 ora mittit saucia
 unonis afflictissimi.
 Ludolphus impar gressibus,
 onq; laesus lumine,
 berq; crine Tityrus:
 ones petebant anxium.
 Quin Enurus agrestium
 nantur Vrsum tollere,
 s saxa torquet aspera,
 s instat Eligonibus.
 hac acuto Rustefeils
 m fuste frater aduolat,
 sic Brunonemerberat,
 totus expanseeret,
 uaderetq; faeminas,

Ingens te-
 lum neces-
 sitas.

Rustefeil,

Faber.

Ludol-
 phus.
 Acon.
 Tityrus.

Mulierum
 crudelitas,
 Frater Ru-
 stefeils.
 Furor iraq;
 mentem
 precipitat.
 Vrsum inua-
 dit faemi-
 nas.

Ira metuq; percitus,
 Fragore cunctas terruit,
 Et morsibus lethalibus,
 Ut currerent in proximam
 Ripam palustrem feminæ.

Pastorville Sed Pastor & dis & sacra

In amne nare conjugem
 Conspexit omnes inuocat:
 Ó filij, charissimæ

Nunc subuenire coniugi
 Ne mersa lymphis occidit:
 Sum namq; vobis optimi
 Vini d. uirrus dolium.

Vrso relicto Rustici,
 Ripam subintrant ocyus,
 Opem ferentes fæminis.
 Quas dum potenter extrahunt,
 Ex sordidis paludibus:

Bruno vim
 Rusticorū
 effugit.
 Necessitas
 ignauiam
 acuit.
 Agrestium
 indigna-
 tio.

Bruno capeſſit ebrj
 Ripam cruentus fluminis:
 Et cum labore maximo,
 Vrgebat & necessitas:
 Iter per amnem conficit.

Tunc in recentes quilibet
 Exarsit iras rusticus.
 In fæminas culpam ferens:
 Quod Vrſus his grauissimis
 Elapsus eſſet vinculis,
 Vaguet adhuc in arbore,
 Videre & illis cum nigris,
 Et Vrſe nobis, clamitant:
 Quid linques atres, & cusem.

Sitimq; duram subleuat:
 Dicitq; iure gaudeo
 Meum quod hostem talibus
 Exceperim fallacijs,
 Non est quod illius min a

Lætitia
 Vulpis quā
 cōcipit ex
 calamitate
 inimici,



Nunc amplius me terre ant,
 Sublatus atro funere,
 Magis nec ille nuncj,
 Aut proditoris exiget
 Crudele munus impij.
 Parumper utq; progredi
 Ad flumen altum caeperat,
 Iacere putri saucium
 Ripa brunonem conspicit,
 Fractumq; vix sanabili
 Percussione vulnerum.
 Vexator ergo Reinike,
 Insultat his Vrso modis.
 Quid hospes, inquit Rustofeil

D 4

Rerum

Rerum gerit? num perfidus
 Promelle Vestem careo
 Detraxit? & pecuniam
 Sic postulavit improbus?
 Rictus Bruno quis horridos
 Tam rite pinxit sanguine?
 Interfuisse te reor
 Agrestium conuiujs.
 Adhucne mel desideras?
 Est alter illic Rusticus,
 Qui plura vendat, si voles.
 Ingressus ecquid ordinem?
 Aut Doctor artis es nouus?
 Ruber quid iste pileus
 Insigne clarum denotat?
 Electus Abbas forsitan
 Gaudes nonis honoribus?
 Tensor profecto contegit
 Aures tuas, nouacula,
 Rasitq; cirines optime.
 Cum & ulpis & r sus per fida
 Audi: ret, atra scommata,
 Et a speras calumnias:
 Do lore pra tristissimo
 Verbum loqui nec vnicum
 Valebat, amnem transnatans
 Latus petebat alterum,
 Et garrulis cum questibus
 Aulam subibat regiam
 Lux quarta cum luce sceret.

Vexatio
dat intelle
ctum.

Ne gry
quidem.

DVO HOC EX CAPITE IN
vsu vite quotidianum collige.

Quod plerunq; is, qui damni quippiam ab
 altero accepit, *ludibrio & despectui o-*
mnibus esse solet.

Ne illi, qui ioculari irrisione deluduntur,
 se verbis sesquipedalibus excusare & defen-
 dere cogitent, cum plus tacendo quam con-
 uitia regerendo proficere possint. Qui enim
 commeruit vt ab inimicis suis irrideatur, me-
 ritò illusiones perpetitur. Sed qui iniuriam
 innocenti sibi illatam placidè tolerat, is præ-
 claram & generosam ostentat patientiam, a-
 criusque vexatorem taciturnitate remordet,
 quam si acri contentione partes suas tueatur.
 Quod sequentes Iambi, quos è germanico I-
 diomate sic vertimus, testantur.

I.

II.

*Silentij tu-
 tum præ-
 mium.*

Abstine &
 sustine.

*Tu multa dura sustino,
 Et abstine quam plurimis,
 Nec omnibus nud ueris,
 Quæ te premunt molestia.
 Deo nec Enquam in animo
 Diffidit, qui se omnibus
 Horis beare te potest.
 Nam cuius hic fiducia
 In rebus arctis est Deus,
 Vitaq; vitat integer
 Impunitus quisquis criminis,
 Is per recessus silicinos,
 Securus orbis ambulat.
 Emergit & perientis*

“
 “
 “
 “
 “
 “
 “

D & Vel

0

)) Vel omnium grauisimis.
)) Nec pane semen illius
)) Aut rebus & illis indiget.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

Tristia sanguinea lambebat vulnere lingua,
 Cum miser intraret regia tecta Bruno.
 Tractandus merito sic qualibet esse videtur,
 Viribus aggreditur qui grauiora suis.

Rex cum ministris omnibus,
 Brunonis aduentum stupet
 Ipsamq; vix satellites
 Agnoscit inter ceteros.

Regis est
 omnia fide
 liter inqui
 xere.

Hinc sciscitatur omnium
 Causam caputq; vulnere.
 Bruno sed inquit, omnium

Rex belluarum maxime,

Laboriosas aspice,

Quas exhibet molestias

Mihiq; semper parturit,

Sed innocenti, Reimke,

Rex incitatus impetis

Responso reddit talia.

Commissa prava Reimkes

Vlciscar absq; gratia,

An audet hic antistiti

Tanto notas inurere?

Obtestatio Testor coronam splendidam,

Per sceptrum iare regia,

Quod pendet huius criminis:

Panas

*Pœnas mihi grauissimas.
 Hæc dicit, Et ter aureum
 Potenter ensem concutit,
 Cunctisq; secretarijs
 Mandata tradit serua.
 Ut iura verbis indicent,
 Et explicent breuissimis
 Pœna genus quod vltima
 Lucratus esset Reinike.
 Senatus ergo prospicit
 Secumq; sic deliberat:
 Regi molestum n̄ foret,
 Ut aduocaret Reiniken,
 Per literas aut nuncium,
 Et ipse præsens audiat
 Edicta iuris aspera.
 Felis sed hanc epistolam
 Ad Sulpis arcem perferat.*

Vnus ocu-
 lus non o-
 mnia vider

Ablegatus
 scelis

DVO IN HOC CAPITE
 animaduerte.

Quamuis magistratus & constituti iudi-
 ces, cuiusuis querelas & accusationes au-
 dire, & secundum iustitiam decidere tene-
 antur omnesq; reos ad horrorem & for-
 midinem aliorum punire, attamen neminem
 absque responsione aut defensione audita iu-
 dicare, sed rerū die indicto in iudicium accer-
 sere, & accusationem eius prudenter exami-
 nare debent. Sic enim communis hominum
 parens ne cuiquam iniuria fieret, aut innocēs
 temerè in vitæ discrimen veniret, natura or-
 dinauit.

*Nemo abs-
 que respo-
 sione iudi-
 cādius est.*

*Natura or-
 dinata.*

II.

*Res sacra
consultor
bonus.*

Ne Principes, & magnates & quicumque
sua autoritate repub. moderantur, fidelium
consiliariorum decreta aut consultationes a-
spernentur, easq; benè ponderent, vnus enim
oculus omnia nō videt. Nonnunquam etiam
vnus deliberatione aut consilio tota Princi-
pis respub. saluberrimè conseruatur. Quocir-
ca in primis eos quorum opera vtuntur, intus
& extra nouerint, fidissimorumque tantum
sequantur consilia, cæteris autem, quos a-
uersos aut alienos à repub. cognouerint, nun-
quam obtemperent.

*Saluberrima
Principis
fidelis
consiliarius.*

Nihil autem salubrius viro Principi hac
in rerum perturbatione aut humana miseria
contingere potest, quàm si integros, fidos, &
taciturnos habeat consiliarios. Ipsi enim
arcana aut consilia cum non reticentur, sed
peruagata vulgo innotescunt, in grauissimū
discrimen vocatur respub. & per sepe tumultus
seditionesque importunissimæ inde exo-
riuntur. Taciturnitatis autem præmium te-
stantur hi versiculi.

*Taciturni-
tatis præ-
mium.*

*Quicumq; linguam temperans
Gubernat arte garrulam
Illi beato serior
Continget ætas, & bonis
Senectus aucta plurimis.*

Et Salomon in Prouerbiis per nos carmi-
ne redditis capite 18 inquit,
*Ingens lingua bonum, sed damnum grandius,
omne
Arbitrium vite, ius habet omne necis.*

Hanc

*Hanc qui temporib, freno constrinxerit aptis,
Accipiet labijs premia digna suis.*

CAPVT XII.
ARGVMENTVM.

*Regis Epistolium Vulpis deportat. id arcem
Felis, in auditis decipiturq; dolis.
Regibus in seruis quicunq; potentibus, ipsum
Admoneo finem respice, quicquid agis.*



Rex cum suis concluderat,
Vulpis viam capefferet,
Vulpisq; ferret literas.
Tunc refert subtristor,
Non esse consultum mihi:
Videmur o Satellites,
Et ad ministri regij,
Periculosas nuncij
Quod mi vices imponitis,
En corporis breuissima

Hinc appel-
latur hic
felis ab
appellatio-
ne germa-
norum.

Qui sum statura praeditus.

Si nec Bruno fortissimus.

Confecit hoc negotium:

Felis recusat munus. *Quid ipse munus nuncq̄*
Non robustus erat, *Nunc expedire moliar?*
sed erat facundus *Tum Rex ait, refert nihil.*
Vlysses. *Nam saepe Virtus maxima,*
Hintz obtemperat *Et alta prouidentia*
Regi. *Vililates sub corpore.*
Dedere fata sitibi

Imbecilli *Imbelle corpus, prouido*
animi facile *Repende damnum pectore.*
superstitiosa concipiunt. *Fiat voluntas Regia*
Vana ariolatio. *Respondet Hintz, lubentius*
Nunc iussa regis exequar.
Si nunc Volatu dextero

Firmaret omen Iupiter,
Auisq̄, faelix praecinat
Iter, lubenter exeam.
Vix ante portam venerat,
Volare Coruum garrulum
Sed ad sinistram conspicit.
Abominabilis catus
Est ominis perterrita
Pronunciationibus:

Felis salutat Reinken. *Cæptis tamen nec destitit,*
Sed pergit audacter viam
Ad vsq̄, castrum Reinikes.
Quem cernit ante ianuam,
Salutat atq̄, talibus.
Salute multa Reiniken
Impertit Hintz, charissimum.

Necessari

Necem minatur asperam
 Pœnasq; Rex tibi graues,
 Mecum nisi te conferas
 Ad Regis ades protinus,
 Quod hæc docebit litera.

ô Hintz, Sicissim plurimam
 Tibi salutem comprecor
 Ex corde, dicit Reinike:
 Sed plenus ipse fraudibus
 Iam cogitabat machinas,
 Et qualibus fallacijs,
 Tractaret hospitem nouum,
 Auctumq; contumelijs
 Rursum Leoni mitteret.

Rogabat ergo sapius,
 Dic hospes optatissime
 Quibus tibi libentius
 Vescaris aut frequentius,
 Cras donec orta proferat
 Aurora lucem candidam,
 Primoq; regis ad domum
 Eamus Et diluculo.

Nam noctis atra tempore
 Securus ecquis ambulat?
 Serena quamuis lumine
 Iam luna claro fulgeat.
 Noctem per hanc mecum bone

Amice si quiueris,
 Sunt mella nobis rosida,
 Et dulciora nectare:
 Edenda qua tibi dabo.
 AElurus inquit dulciora

Responso
 Reinikes. -
 Fraus inde
 fessa Reinâ
 kes.

Interroga-
 tio, qua be-
 neuolentijs
 captat.

Nox, & a-
 mor vini-
 que nihil
 moderabi-
 le suadent.

Pollicita-
 tio hospita-
 litatis.

Nil mella curans pinguibus
Delector &sq; muribus.
Non nectar illis praefero,
Nec caseos mollissimos.

Si muribus salacibus
Libenter, atq; gliribus
Pra melle pingui &sceris.
Dicebat audax Reinike.
Quidam Sacerdos incolit
Vicinus aedes proximas,
In cuius alis horreis
Vel mille currunt muscoli,
Cum gliribus rodentibus,
A Erulus hac perceperat,
Hortatur atq; Reiniken,
Ostende, dicit, aream



Hanc hospes optatissimam,
Prae carnibus & vel omnibus
Mures edacet de uero.
Tunc ille per & vulpeculam

Ad

Ad horreum deducitur.
 Dies sed ante quattuor
 Ex omnibus pinguisimum
 Vulpes in hoc necauerat
 Gallum, Sacerdos quod videns
 Quasdam plagas tetenderat,
 Si nocte forsan altera
 Rediret huc Vulpecula,
 Detenta duris Vinculis
 Pœnam grauem persolueret,
 Nec id latebat Reiniken:
 Ad dignitatis hospitem
 Gradus potentis promouet,
 AElure, dicit callidè
 Foramen istud obuium,
 Quod intueris lumine,
 Te muribus refarciet,
 Quin crede nobis maximos
 Glires in hoc venaberis,
 Aures tuas accommoda,
 Mintrare mox intelliges,
 Hic ante limen peruigil
 Custos morabor a dium,
 Tu mille pradas interim,
 Predator atrox collige,
 Saturq; post reuertere,
 Et ambo luce crastina,
 Petamus ades regias,
 Impunè nunquid horreum
 Subibo? felis queritat,
 Certè Sacerdos impijs
 Est quisq; plenus fraudibus,

Callida
 Vulpis per-
 suasio.

Hospitis
 habenda
 est cura.

Rara auis
 bonus Sa-
 cerdos,
 à timidita-
 te arguit.

AElure,

AElure, dicit Reinken:
Imbellis ergo qualibet
Circumspicit pericula?
Quid obstat ambo coniugem
Quin ad meam reuertimur.
Qua lata nos lautissimis
Tractare scit cibarijs.
Nec aestimemus quoslibet
Mures vel asis vnius.

Felis vult
 videri.

Credatur vt robustior,
Felis laborem suscipit:
In tecta fortis insilit,
Arctosq; casses incidit.
Astuta sic Vulpecula,
Tractabat omnes hospites.

QUATVOR HOC IN CAPITE
 qua de uitemus, proponuntur.

I.

REperiuntur hodie multi, qui ad dignita-
 tem aliquam, aut honestius officium vo-
 cati, non aliam ob causam respuentes subire
 recusant, quam vt aliquot testes sapientie suae
 domestico praeconio colligant, talibus non
 nunquam imponere facillimum.

II.

Præstigys Quicumq; auguriis, aruspibusq; confi-
dæmonum dit, aut praestigis daemorum se consecrat in
non est cre Deum grauiter delinquit, verbumq; diuinum
dendum. aspernatur. Quod Deum omnia secundum
 voluntatem suam sempiternam, inuestiga-
 bilemque prouidentiam creare & gubernare
 testatur. Proinde prodigiis, ominibus, aut
 portentis fidem adhibere, cuiusmodi sunt, a-

uium

Ipsius hinc in horreo
 Carnem ferinam quod voras,
 Tibi sinapi mitteret,
 Quo fercla mensa condas,
 Canora vocis murmura,
 Cantusq; dulcis indicat.
 Te sumtuosis ferculis,
 Lautaq; cœna perfruit.
 An sic in aulis viuatur?
 At quando selem Reinike
 Amarulentioribus
 Satis modis deriserat,
 Adulter impurissimus
 Abibat, Is engrinij
 Lupi vocatam Giremut
 Ut visitaret coniugem.
 Cum qua pudenda qualibet
 Is perpetrabat crimina.
 Ius omne matrimonij
 Pœdusq; lecti polluens.

Malitia
 Reinike

TRIA DOCET NOS HOC
 Caput.

VT præcaueamus nobis à consortio pra-
 uorum, neque, ut res subeamus pericu-
 losas, nobis persuaderi patiamur. I.

Qui semel est malus, semper præsumitur
 malus, quapropter nemini vnquam, qui se-
 mel verecundie fines transferit, & impudens
 esse ceperit, confidito. II.

Quam

711. Quam abominabile & execrandum deli-
 culteriu' etum fit adulterium, quod Deus non solum
 stabile, temporalibus, verumetiam sempiternis pu-
 nitur. niat suppliciis, apertius ac luculentius sequēs
 nostrum exprimit Epigramma.

Horabi-
 pud oēs
 collutu'
 ugiu'm,

David Propheta sanctior,
 Deoq; summo charior
 Quo nemo vixit & spiam,
 Postquam scelus grauissimum
 Adulteri commiserat,
 Pœnas luebat horridas,
 Deiq; rursus optimi
 Heu difficulter pristinam
 Est consecutus gratiam.

is olim
 ueban-
 adulte-

Olim Deus praeceperat,
 Hos nempe saxis obrui:
 Promissa qui connubia,
 Fidemq; matrimonij
 Dissoluerent adulteri.

mbure-
 tur Moe
 apud
 es olim

Mæchos putabant Ethnici
 Abiectiones furibus,
 Et puniendos acrius:
 Vt expiarent ignibus
 Illita supra per viros.

Nunc ligna desunt arida,
 Mæchantur omnes liberè,
 Donec perennes de super
 Ignes Olympus depluat,
 Deusq; pœnas maximas,
 Ab impijs adulteris,
 Sed sempiternas exigat.

CAPVT XIII.
ARGVMENTVM.

Non sine lethali Vita discrimine felis
Regiamagnanimi tecta Leonis adit.
Vita nihil prater dubios habet aulica casus,
Hanc fugias quisquis tutior esse voles.

12
16



Catum Sacerdos anxiam
Questus graues effundere
In horreo perceperat,
Corpus grabato subleuat,
Vestigat atq; stipite
Bumante prunas in foco,
Ignemq; crebris excitat
Et lumen ingens flatibus,
Domusq; seruos conuocat
Et callidam denunciat
Cepisse se Vulpeculam.
Tum congregantur ocyus

Sacerdos
audit Ca-
tum.

Pedis-

Felis cala-
mitas.

*Pedissequi domestici,
Catumq; virgis verberant
Et fustibus grauisimè.*

*Postquam necem felis sibi
Instare vidit vltimam:
Totis in ipsum viribus
Irata fertur aucupem.*

Sacerdos à
fele graui-
ter vulne-
ratur.

*Timenda curuis vnguibus
Virile membrum corripit,
Nudumq; penem vulnerat,
Lethaliterq; sauciat.*

*Ictus velut tonitribus,
Grauiq; tactus fulmine
In horreum prolabitur
Instar Sacerdos mortui.
Tunc concubina clamitat,
Incusat atq; demonem,
Quod autoris Tragedia
Sit huius infestissimus.
Defertur ergo saucius
Ab anxys pedissequis
In proximum cubiculum.*

Felis eua-
dit.

*AElurus audax interim
Corrodit arcta vincula,
Discerpit atq; dentibus,
Perrumpit inde carcerem,
Antroq; rursus exilit:
Penatibusq; regijs,
Aurora cum rubesceret,
Succedit infeliciter,
Vtroq; laesa lumine,
Rex plenus iracundia*

Exarsit,

Exarsit, ut vidit catum,
 Recolligit satellites
 Ut consulant prudentius,
 Technis quibus Vulpecula
 Persuadeant, et ocys
 Ad regis ades aduolet.
 Tunc inter omnes regios
 Servos aut Greuinckius,
 Virtute multa praediti,
 Leonis o pedissequi,
 Dabo meam sententiam:
 Quamuis sit absens Reinike,
 Relatus inter noxios,
 Reus nocensq; criminum
 Vocetur auctor omnium.
 Non hunc tamen pratorio
 Damnare iure possumus.
 Nec illud, alma gentium
 Quod ius honestas sancit,
 Transire Regem conuenit.
 Absens is est, Et forsit in
 Leone coram maximo
 Partes tenebitur suas.
 Quare citetur tertio,
 Quod se venire negligat:
 Licebit omne frangere
 Ius, Et reo decernere
 Pœnam licet deterrimam.
 Furore plenus igneo
 ex Verba reddit talia.
 Exator iste Reinike
 Et omnium requisitiss.

Regis iracundia.

Oratio
Greuinck

Non decet
regem vio-
lare ius
gent.

Tertio cite-
tur Reini-
ke.

Rex diffidit
Vulpi.

E

Quis

Quis huic magis confideret?
 Qui laesit omnes nuncios,
 Quis amplius se talibus
 Exponeret periculis?
 Post ora regis anxij,
 Hæc edidit Greuincius.

Greuin-
 ckius.

Si perplaceret optimo
 Regi, tabellas deferam.
 Ipsumq; fallacissimum
 In ius citabo Reiniken.
 Nec curo quicquid asperi
 Mali de nobis accidat.
 Rex perge, dicit, gratius
 Nihil mihi confeceris,
 Tantum caueo ne tibi
 Imponat ille, cæteris
 Vifecit incautissimis.



Nec fraudibus Greuincius,
 Dolis & tetibus territus

Ad

Ad Reinikes audentior
 Festinat arcem perfidi.
 Quem forte primi liminis
 In poste stantem repperit,
 Compellat atq; talibus.

Rex ipse Vestram maximus
 Cum ceteris pedissequis,
 Miratur impudentiam.
 Protervus omnes impijs
 Quod machinis deceperis,
 Quos misit ipse nuncios,
 Mandata Regis in super
 Abomineris omnia.
 Prae mentis iracundia
 Ruere regem cerneris,
 Tuusq; nuper omnibus
 Promisit aduersarijs,
 Si iam venire negligas
 Quod omnibus cum viribus
 Omniq; cum potentia
 Castrum tuum subuertere
 Et obsidere cogitet.

Ne differ ergo crastinum
 In tempus aduentum tuum.
 Insiste sed Vestigijs
 Meis amice Reinike
 Ad limen vsq; regium.

Omnes tua prudentia
 Astutiaq; nobile
 Speropotes confundere
 Vi innocens appareas,
 Rursumq; liber auo's.

Oratio
 Greuinc-
 kij ad Rei-
 niken.

E

2

COM.

COMMENTARIA.

I.

PER Sacerdotem autor huius libelli Cleri libidinem redarguit, qui scortationes matrimonio præferre solet. Multi enim impunè hodie fatentur melius esse fidei; Christiane magis consonum multas alere meretrices, quam honestam ducere vxorem. Quod ex D. Pauli scriptis non hauserunt. Qui episcopos non adulteros, sed vnius vxoris viros esse voluit, singulisque ad scortationem euitandam, suas vt habeant, imperauit. Sed hoc in loco sacra scriptura eos sollicitè non angit. Nam eò iam (proh dolor) res rediit vt plerique voluntatum illecebris illaqueati Deum, ritus Ecclesiæ, patrumque concilia fugiant, respiciant, & detestentur.

” Porro Canones antiqui approbarunt coniugium, vbi legitur: Episcopus aut Sacerdos meretricia vita infami, libertatis beneficii; fructu priuari debet. Nemo illius, qui sciens volensque concubinam sustentat, sacrum Sacerdotis audiat. Taceo quam multi ex antiquis Doctoribus & Apostolis sibi vxores adiunxerint, sed nostri qui vitæ incorruptæ esse debebant, absque omnium libidinum intemperantia scortorumque commercio viuere nesciunt.

II.

Observari hinc debet, quod nemo, etsi capitalibus de rebus delatus, causa incognita capitis condemnandus sit. Principes enim melius aut tutius imperare nequeunt, quam si furore aut ira se precipitari non patiantur.

Pro-

Proinde sapiens prator, iudexq; incorru- *Sapiens pra-*
 ptus neminem per iudiciorum iniquitatem *tor offensus*
 offendet, benevolentiam lenitate audiendi *nem est ut*
 adiungit: non munere, ira, favore, aut a-
 micitia ad malè agendum compelletur, nec
 quenquam nisi re iterum atque iterum præ-
 iudicata condemnabit. Sape enim vir bonus
 per simulationem ab adulatoribus nefariè *Adulatio-*
 proditur, & tanta indignatio Principis sui in *nis Pessis.*
 eum concitatur: ut in pristinam nūquam re-
 stitui possit gratiā. Idq; nulla alia ex re quàm
 adulatorum blanditijs oritur: Qui nihil ad
 veritatem, sed omnia ad Dominorum volun-
 tatem loquuntur, quibus dum altera parte
 inaudita facile creditur, sape Principes ex al-
 tissimo dignitatis præcipitantur gradu.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

*Innumeros quamuis sibi Vulpes audiat hostes,
 Omne penes Regem præripuisse decus:
 Inuidamordacis continens murmura turba,
 Corde tamen casus fert superante græues.*

Avdacior Vulpecula
 Grimharde dicit, regium
 Tecum petam palatium.
 Spero salutem: si modo
 Cum Rege possim colloqui,
 Graues quod iras exuet.
 Nec quem sibi fidißimum
 Cognouit esse perpetim,
 Aut falsa propter murmura

*Spes quã-
 uis fallax,
 sed tamen
 apta dea
 est.*

82 DE ASTVT. VVLP.

Liuoris infestissimi:
 Me crimen ob leuissimum,
 Damnat: on is. aspera
 Reū ve mortis arguet.

Licet ministros regia
 Sustinet aula plurimos,
 Qui diligenter optimi
 Regis salutem feruida
 Curat ueri debeant.

Quorum sit infidelitas
 In Principem quam maxime,

Minatur
 aduersariis
 suis Reini-
 ke.

Lux spero grata deteget,
 Et pœnitebit plurimos,
 Qui nunc obumbrant noxijs
 Nephanda facta fraudibus.

Et mentiuntur omnia
 Finguntq; de me turpia.
 Ipsiq; dura vincula,
 Constructa nobis, perferent.
 Mea quibus prudentia
 Nil omnibus concesserim.

Cum me receptum nouerint
 In Regis esse gratiam.

Inuidia ex
 Fauore
 Principū.
 Tandem
 Veritas e-
 mergit.

Id propter omnes inuidet,
 Et innocentem deuouent.

Sed nubibus tristissimis
 Emerget istis Veritas.

Ad tecta quare regia
 Grimbarde tecum commeo.
 Et dignitatis inclytam
 Mea tuebor gloriam.
 Licet potestas deficit,

*Et omnibus resistere
Vix detur aduersarijs:
Tamen voluntas strenua
Encomium merebitur.*

COMMENTARIA.

Quod aule Principum assentatoribus ca-
rere non possint, qui omnibus conuen-
tibus, consiliis & colloquiis interfint.

Et notantur hic omnes malitiosi, astuti, *Parasitorum*
callidi, adultores, mimi, vaniloqui, multipli- *improbi-*
ces, versipelles, balatrones, qui periculosa & *tas,*
pestifera consilia, dummodo ad voluntatem
Domini loquantur, sine fide & religione dare
audent: quibus non solum pacem commu-
nem ciuiumque concordiam perturbent, ve-
rum etiam vniuersam Rempubicam, ipsum-
que Principem detestabili violentia pessun-
dent.

Demonstratur cum gētilium, tum Chri-
stianorum exemplis, quod adulatorum sedi-
tionibus & pestilentia ciuitates concitatae, &
prouincia solo fuerint adaequatae.

Prouideant itaque Principes ne eos pro fi-
delibus consiliariis agnoscant, qui assentati-
unculis continuis gratiam aucupantur, & non
modo ad sensum voluntatemque, sed etiam
vultum atque nutum conuersi omnia loquun-
tur: ament potius apertos, & pretio coemant
candidos, qui ipsos labantes sanare & confir-
mare, lapsos erigere, peccantes arguere serio
audent, quorum admonitiones salutare pla-

Cedendum
multitudi-
ni.
Vt desint vi-
res: tamen
est laudan-
da volun-
tas.

*Parasitorum
improbi-
tas,*

*Non sit is
alterius,
qui suus es
se potest.* catolenique suscipiant animo. Is autem qui
ad suum arbitrium libidinemque viuere, o-
mniaque conficere cupit, consiliorum opera
nihil indiget.

*Pesilentia
Gnathori-
ca.* Porro nonnulli Principes assentatorum
blandiloquentia se eò redigi patiuntur, vt de-
lirare aut repuerascere quodammodo videan-
tur, suisque Parasitis principatu tradito ipsi
venatum aut lusum eant. Vnde virbium euer-
siones, regnorumque excidia erumpere solent.
Illi enim tanquam mercenarij Reipublicæ
salutem non perpendunt, nec ruinas instan-
tes sarcire aut auertere cupiunt. Imò sub præ-
textu Principum subditos miserabiliter per-
dunt, & excoriant, quas fœdissime crudelita-
tis notas nec ipsi Domini subirent, si imperiũ
tenerent, & sapientum gubernatione rege-
rètur. Nam & liberorum suorum respectum
habere cogentur: vt nimirum & iis impe-
rium, euntibus ordine satis, obtenturis viam
ad opes suas amplificandas, & populi fauorem
conciliandum patefacerent.

*Fidelitas
consiliario
rum hodie
in aulis ca
ret fructu.* Fidissimi autem hodie consiliarij, si erro-
res Principum verbis etiam leuissimis repre-
hendant, & beneuolentia quadam fideliter
corrigant, contemnuntur: aulisque extemplo
ab infidijs sycophantis extruduntur, qui-
bus Reinike tanquam principalis, cæterisque
præstantior succedit.

II. Colligitur ex sermone Reinikes, quibus
blandimentis versipelles isti adultores suas
orationes condire atque illustrare soleant.

Cum

Cūta fallaces isti homines in nos mētiun-
tur, ne statim languescamus, aut animum in-
fringi debilitariq̄ue patiamur. Dummodo e-
nim factum ipsum deitemus, mendacia per
se euanesūt: Et vis tanta veritatis est, vt con-
tra hominum ingenia, calliditatē, solertiam
facile se per seipsam defendat.

Mendacia
per se eva-
nescunt.
Veritatis
vis quātis.

CAPVT XVI.
ARGVMENTVM.

Dum puro Vulpes malef.icta fatetur amico,
Nequitiam pulchrè dissimulare solet.
At licet occultent homines sua crimina mūdo,
Nulla tamen poterunt facta latere Deum.

Cum liberis charissimis
Ut rem, domumq̄; coniugi
Laboriosa credidit:

Vulpes ait Greninckio:
Amice te velim mei
Doloris esse conscium.
Ad funus atrum pergere
Et fata me scis aspera.
Nam multa feci turpia.
Qua diffiteri non licet.
Proinde quæso crimina
Iam confitentis audias.
Non perferam diutius
Onus malorum grandium.
Tibiq̄; cuncta conquerar.
Et spero, quòd confessio
Crudelitatē impia
Eritq̄; vitæ sordida
Salubris expiatio.

Reinike al-
loquitur a-
micum.

Reinike
vult pœni-
tentiam a-
gere.

Confessio
criminum
expiatio.

Dilecte frater Reinike

Vrim.

Grimhar-
 dus dicitur
 aliâs Gre-
 ninckius,
 item Grim-
 hart.

*Grimhardus inquit, gaudeo
 Vita prioris impias
 Deslere te fallacias.
 Nam tempus est et exmas
 Cutem malam & sulpecula,
 Novosq; mores induas,
 Agasq; pœnitentiam
 Vita prioris optimam.*

*Quod si fidem dabis mihi
 Te nolle fraudes amplius,
 Dolos, rapinas, machinas
 Latronis astu persequi,
 Dirasq; cades omnibus
 Vitare peius anguis,
 Casteq; velle viuere:
 Iam mille conscientia
 Te liberabo vermis.*

*Tum confitetur Reinike
 Exorsus istis vocibus.
 Primo fateri cogimur,
 Magnis quod omnes bestias
 Affecerim molestijs.*

I. *Quapropter illis supplico,
 Dignentur & remittere:
 Et pœnitenti parcere.*

II. *Sic nuper Vrsam duximus
 Lethale mellis in forum,
 Plagis & bi miserrimè
 Exceptus est grauissimis,
 Vt mella felle lurido
 Amariora diceret.*

III. *Adhac in antiquissimo*

Catum docebam credulam,
 Captare mures horreo.
 Ad vsq; crudelissimum
 Incauta venit carcerem,
 Colloq; vincla perferens,
 Secata multo verbere,
 Et haust. a plagis millibus,
 Fuitq; penè mortua.

Sed multa feci talia
 Qua propter angor pectore,
 Fecisset a det omnia,
 Et criminum me pœnitet,
 Feramq; pœnitentiam
 Quam das, licet grauis sim. am.

COMMENTARIA.

PARENTES liberis suis curam adhibebunt
 maximam, vt liberaliter honesteque edu-
 cētur, bonisq; moribus & disciplinis ad lau-
 dables inflammentur virtutes. Ab ineunte
 igitur pueritia, quia consuescere multum est,
 non verbis solū, verū etiam verberibus
 moderatè castigandi erunt, aliàs enim in glo-
 rios ignobilesq; cū ignominia & dedecore nu-
 trient liberos. Hinc est, quod Salomō inquit:
Est totum, virg. genitor quem negligit odit:
Sed quem mater amat, cadere sœpè solet.

I.

*Quo semel
 est imbuta
 recens, for-
 uabit ado-
 rem Teste
 diu.*

Prouerb.
 cap. 13.

Proinde ab initio ætatis dum molles anni
 patiuntur, à parentibus præceptoribusq; ob-
 iurgandi, & honestiora ad virtutum officia
 compellendi esse videntur. Hoc qui negligūt,
 eosq; ad arbitrium errare & vagari patiūtur,

hi liberis suis ansas dant, vt omnium scelerum libidinumq; maculis notatissimi, omnes foedissima turpitudinis notas, nonnunquam etiam ipsam subeant carnificinam. Quamobrem quonia praestat flere liberos quam parentes, nemo filium tam perditè amet, vt in plorando omnem illi libertatem licentiamq; concedat, eumq; flagitiosis libidinib. sceleribusq; deprauata quadam consuetudine assuefaciat.

II. *Innocens non curat accusatio- nes.* Rectè dicitur, *conscientia mille testes* qui enim se reum agnoscit, plus alio innocente expauescit: Integer autem vitae scelerisq; purus accusationes etiã grauisimas parui pendit, seq; innocentia sua, vitæq; integritate consolatur, nam secundum Poetam,

Quid. *Confesa mens recti summa mendaciaridet.*

Et hinc animaduertere licet, quod nullum scelus aut flagitium perpetuò celeri occultariq; possit. Auctor enim sceleris ipsemet terrore conscientiae impulsus, aut temeritate quadam, seu iactatione delictum suum ne incognitum perpetuò lateat, patefacere cogitur.

III. *Confessio exacta aut fucata inutilis.* Omnes, quos scelerum suorum poenitet, commissa Deo optimo Maximo confiteantur, ipsius gratiam supplici oratione aucupantes, quoad vitae turpitudinem, scelerumque magnitudinem continentia & integritate emendare possint: hæc nisi intimo ex animo fiant, absolutio à confessione nihil dissidet.

Superstitiosa enarratio peccatorum superuacanea est, & ea tantum quibus conscientia potissimum grauatur, vulnera indicasse sufficit.

fic. Deus enim si confessa saltem delicta re- *Supersti-*
mittere velit, quis illis erroribus, quos oblitus *uosa nar-*
in pueritia es, quis cogitationibus prophanis, *ratio in cō-*
quas recordari, aut in memoriam reducere *fitendo su-*
non licet, veniam dabit? Præterea cruciatus *peruaca-*
& remorsus perpetuos tua cōscientia sentiet, *nea est,*
semperq; te labes aliquas negligenter præter-
iisse, & in recitatione omisisse cogitabis. Pro-
inde confitere Deo ex animo peccata tua, &
aperi cogitationes tuas, id pluris est, quam si
proprium scribam errores tuos annotantem
aleres, aut te magis numero peccatorū, quam
seueritate confessionis excruciares.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

*Plura inuenturis recitat commissa pro cæcis,
Occubis Vulpes insidiosa dolis,
Iudice supremo coram confessio pura
Optima peccantis sit medicina viri.*

Quod cuncta si recogitem
Heu mille fraudes edidi,
Gallumq; nuper regium
In maximas angustias,
Grauemq; cladem compulsi.
Crudelisi sengerinio
Iniurias tot intuli.

*Me namq; lustri temporis
Vnius antelubrica
Abbatæ Elemarij*

*Pergit in
cōfessione
Reinike.*

*Naratio
de Lupo.*

Conuenit in collegio,
 Deliberassennuncians
 Se cœnobita calibis
 Intrare velle regulam.
 Instabat ergo supplice



Oratione plurimum
 Vi dignitatis istius,
 Per me gradum conscenderet.
 Quod abnegare nolui,
 Eiusq; plantis maximos
 Virisq; funes alligo.
 Pulsaret Et sublimibus
 In turribus companulas.
 Mox turba venit rustica,
 Armata sauis fustibus,
 Noua q; fratrem regula
 Non absq; plagis excipit:
 Vt deuoueret ordines
 Quos ante concupuerat,
 Vinculis Et his emerferat,

Hunc

Hunc rustici prædiuitis
 In tecta duxi fumida:
 Vbi suem pinguis simam
 Dum deuoramus inuicem:
 Accurrit ordo rusticus,
 Lupumq; pressum verberat:
 Conuiuiumq; postulat
 Ut are soluat, aut bona
 Relinquat illis pignora.
 Subduca me clam protinus,

II.



Lupi q; pulchram coniugem
 Accedo, cum qua feruidam
 Mox expleo libidinem.
 Postquam Lupus molestias
 Agrestium conuicerat,
 Me rursus audax conuenit,
 Et diligenter supplicat.
 Et se graui ieiunio
 Fameq; dicit confici.
 Tunc uo, Gallos plurimos

III.

122

In horreo cognouimus
 Hoc proximo, quod si voles
 Fossas profundas ingredi,
 Famem leuabis asperam.

Angusta trabs in area
 Stabat ruinam nuncians:
 Conscendit illam protinus
 Gallosq; quarens anxie
 Cum turbinis vertigine
 In horreum delabatur.

Lupi infe-
 licitas.

Exaudiens id Rusticus
 Cum fuste magno prosilit,
 Lupum salutat hospitem,
 Et mulctat illum verbera
 Plus millies durissimo.
 Huiusmodi quamplurima
 Peccata cum commiserim,
 Grimharde te iam supplice
 Oratione deprecor,
 Nobis ut optatissima

Concludit
 cum pro-
 missione
 emenda-
 tionis.

A te viro sanctissimo
 Contingat absolutio.
 Promitto sic in posterum
 Integritatem candidam
 Vitaq; continentiam

Responsio
 Greuinc-
 kij.

Tum callidis Greuincij
 Motus precationibus,
 Mox ista verba subiicit:
 Si confiteris serio
 Errata, si te perdit
 Vita prioris paenitet:
 Culpas remitto quaslibet.

Et

Ette nefandis omnibus
 Absoluo lapsionibus:
 Sed lege tali compleas
 Vt ipse pœnitentiam,
 Quam sum daturus Etilem.

Sic dicit atq; Virgulam
 Ex obuia ramusculis
 Vt detrahebat arboris,
 Vulpiq; tradit improba:
 Hac cædet erga Reinike,
 Hac ipse met tererbera,
 Cutemq; tunde fortiter,
 Post, quod iubebo, proijce.
 Ipsamq; ter, nil murmurant
 Cum transilire cœperis,
 Exosculare Virgulam.
 Signum tua certissimum
 Quod est obedientia.

Qua cuncta cum perfeceris,
 Grimhardus inquit Reinike,
 Nefarijs erroribus,
 Omniq; mole criminum
 Te liberum pronuncio.
 Integrior nunc exue
 Procacitatem pessimam,
 Et luceas modestior
 Inter benignas bestias.

Vt proficiat plurimum
 Peracta pœnitentia,
 Te macerabis interim
 Frequentibus ieiunijs,
 Et visitabis languidos,
 Iunabis omnes pauperes:

Pœnitentia
 imponitur
 Vulpi.

Absolutio
 Greuincij

Ora.

Orabis atque perpetim:

Sic impetrabis gratiam.

Tum pauca fatur Reinike,

Studebo iam virtutibus,

Scelusq; quoduis exuam.

COMMENTARIA.

I.

DOcentur hinc Principes, vt suos consilia-
rios omni cura obseruent & sedulo a-
nimaduertant, quid agant, aut quomodo, &
quamobrem hoc fecerint, illud omiserint.
Quas per res, penitus omnium mentes intro-
spicere & à malitiosis sibi præcauere poterit,
ne ab illis simili ratione decipiantur, vt hinc
Vulpes astutia sua regiis se consiliariis impo-
suisse manifestò gloriatur.

II.

Ex auaritia Lupi multa animaduertere li-
cet, præcipuè autem arguuntur aulici, qui bo-
nis, honoribus, dignitatibusq; exaturari ne-
queunt. Accusantur etiam hinc auari illi ho-
mines, qui inflammati ad diuitias auaritate
rapiuntur. Et præ iniuriosa appetitione alie-
norum in foueam repunt, hoc est peccatis se
turpissimis onerant, infinitisq; implicati sce-
leribus astute, callide & impudenter proximi
bona deuorant & ad uncis vnguibus subtra-
hunt, pecuniaq; cupiditate sic excæcantur, vt
è fouea peccatorum nec ad extremum vsque
spiritum emergere possint. Postea quales in-
ueniuntur, tales etiam à Christo iudicantur.
Quare facilius est Camelum acus foramen per-
transire, quam diuitem intrare regnum celo-
rum.

*Auaritia
detestabi-
lis.*

¶ Cuius rei horribile de Lazaro & diuite extat testimonium.

Tertiò monemur quòd blandienti amico
facile credendum nō fit, sed prius oratio eius
benè examinanda: & attentamente videndū,
an tibi tale quid proponat, quod ipsemet nū-
quam subiret, qui enim leuiter credit, leui-
ter decipitur, prout hīc lupo, vt trabem con-
scendat, Vulpes persuadet.

III.

*Temerè
credens te
merè falli-
tur.*

Quòd nemo quotidiani victus causa se in
tantas angustias conuicere debeat, vnde sine
corporis, animæq; periculo euadere non pos-
sit. Plerunq; enim tales in turpissima quæq;
prolabuntur vitia. Quocirca.

III.

Quicquid ages, prudenter agas, & respice finem.

*Arctum
annulum*

ne gesta.

Salomon in Prouerbiis inquit,
Splendor, & intacta nomē memorabile fama,

V.

Cap. 22.

Attalicas censu diuite vincit opes.

Quamobrem studeant honeste virgines &
matronæ, ne famam existimationemque no-
minis aut virginitatis amittant, vel à quo-
quam stuprum sibi inferri patiantur. Sæpè
enim raptores pudicitiae, qui eas constuprà-
runt, vt hīc Vulpes de Lupa gloriatur, vitia a-
periunt, omnibusque patefaciunt. Prudens
itaque paterfamiliās nec vxorem, nec filias, vt
honestatem decusque conseruent, conuiuia,
ludos inhonestos, Theatra, & commessatio-
nes frequentare patiatur, semperque nostri
huius meminerit Epigrammatis,

*Fatum red-
dit opes, re-
paratur at*

*quæ aurea nul-
lo*

Tempore

Virgini-

tas est ubi

lata semel.

Nefasta bacchanatra

Sinat adire coniugem

Hone.

Honestioris corporis
 Habere qui desideras.
 Aus si frequenter, illic
 Huic tu comes coniungere,
 Periculosa cogitans
 Res quam si atq; lubrica.
 Quem lupo committere,
 Ciproq; sites credere.

CAPVT XVIII.

ARGVMENTVM.

Gallinam Vulpes conspexit Et inter eundum,
 Vnguis inuadens hanc in gulare cupit.
 Aurea similiolus gestans insignia mores
 Exiit haud Veteres similiolusq; manet.



D Vm Regis ad palatium
 Grimhardus atque Reinike
 Non ambulare segniter
 A parte dextra cernitur,

Cox-

Constructa solitarijs
 Arx monte celsosfratribus.
 Quin de via deflectimus
 Grimharde, dicit Reinike,
 Castella versus obuia,
 Hoc est iter planissimum,
 Nec lubricum, sed proximum.
 Ad claustra solitaria
 Villaq; septa venerant.
 Sed ecce galli foeminam
 Vt vidit audax Reinike,
 Totis in illam viribus,
 Acriq; fertur impetu.
 Quid Reinike, Greunckius
 Ait, facis nequissime?
 Hec signa poenitentia
 Qua polliceris improbe
 Ostendis impuissima?
 Videtur hac suspendio
 Condigna poenitentia.
 Excusat acta Reinike,
 Tuetur atq; talibus,
 Huc vanacogitatio
 Motusq; mentis impulit,
 Nec amplius consenserim
 Pravis erroribus.
 Num sorte nobis accidit,
 Omnis voluntas defuit.
 Sic dicit, atq; proxima
 Ad claustra sepe respicit,
 Gallosq; gallinacos.
 O latro, tum Greunckius

Naturā ex-
 pel as fur-
 ca, tamen
 viq; recur-
 ret.

cla.

98 DE ASTVT. VVLP.

Clamabat, impurissime,
 Quous Lupo bouacior,
 Quousq; differs vtilem
 Quam trado, pœnitentiam?
 Gallos vacillans cogitas
 Ad hos, ocellos dirigis,
 Prædasq; semper sordidas
 Et fructuosas cogitas.

Quid dicis? inquit Reinike
 Nunquid mei tu pectoris
 Scrutaris omnes arculas?
 Meoq; corde libera
 Quæ sit voluntas conspicias?
 Me desinas calumnijs
 Mordacibus laceffere,
 Precationes & meas
 Conuitijs perumpere,
 Permitted longioribus
 Vti rogationibus:
 Ut anseres quos prodidi
 Et deuorari sæpius,
 Nunc perfruantur ocio
 Quietis optatissimo.

Pura atque integra
 mens est, quæ nulli-
 us sibi cri-
 minis con-
 scia est.

Ambo viam confecerant
 Sed Regis v̄ palatium
 Versuta Vulpes conspiciet
 Perfunditur grauisimo
 Horrore conscientia.

COMMENTARIA.

I. DE vita solitaria aut monastica extat Ger-
 mani cuiusdam rythmi, non inconcin-
 ni,

ni, per Musas, neque fastidiendi, quos sic
conuertimus.

*Clam cœnobita perditus
Quam sæpè mecum conqueror,
Quod more degens cœlibis,
Vxoris & sum negligam.*

*Si lata fata propriam
Mihî dicassent coniugem,
Mea peracta puriter
Nossent iuuenta premia,
Meisq; possum liberis
Augere regna cœlitum.*

*Niger, nephandus, inuidus
Nunc claudor hic durissimo
Mœrore plenus carcere.
Sensus & agantur liberi
Totumq; mundum peruolant:
Et implicata gaudijs
Mens carnis est vanissimis.
Deus preces, suspiria,
Nostrasq; caremonias
An laudet, optet comprobet,
Exaudi. atq; nescio.
Nam fœditate pruriens
Vitam traho miserrimam.
Huius repertor ordinis
Quicumq; princeps extitit,
Hunc noxijs abominor
Diris, modisq; pessimis*

Fateri omnes cogimur, quòd olim adole-
scentia, quæ in libidines quasque promior est,
cœnobijs plerunq; se deuouerit. Nunc autem
affectio

Ger
cin-
ni,

affectio illius aut studium Deo complacuerit, facile homines morati & benè instituti, qui omnia ad cultum Dei synceriores spectantia pertractare solent, conuicere possunt.

II.

Multi inueniuntur, qui prædicatione suam fidem, probitatem, deuotionemq; efferant, & intolerantissime de religione cum irrisione audientium gloriantur, quos tamen nuda fides deinde confusos redarguit. Quamobrem nemo fide aut probitate sua nixus confidat, se salutem animæ propriis consecuturum esse operibus, nisi se ad bona opera cupiditate ardentissima inflammari intra seipsum de-

*Qui de suis bonis operibus gloriantur, plerunq; nequissimi sunt.*prehendat. Videmus autem maiorem hominum turbam, qui religioni conuenientia disputare, subtilibusq; rationibus conquisitis argute differere & philosophari solent, non aliter quàm si verbum & omnia Biblia cum sacris literis decocta deuorassent. Nilominus interea pecunias scenerari, scortari, mechari, & in colluione sceleratissima omnium flagitiorum volutari. Qui persuasum habet si coram mundo seueræ frontis integumento tanta vitia occultare & obumbrare possint, coram Deo quoq; flagitia sua abscondita esse. Quorum vanitatem hora tandem mortis, ubi aduenerit, redarguet.

III.

Natura sequitur semina quisque suæ. Ad quodcunq; vitæ genus homo nascitur aut natura inclinatur, idq; exercitatione nutriat & confirmet, id exuere nunquam potest. Consuetudo enim altera natura est, vt in Vulpecula

Ut sempiternas cogerer
 Post sua pœnas penderet
 Quare mihi salubrius
 Videtur, ac consilius,
 Ut huius omnes indicem
 Reos nocentes criminis.
 Licet mihi sint proximo
 Conglutinati sanguine,
 Visit nefas hos prodere.
 Sed preparatas horreo
 Pœnas paludis infera:
 Quare coactus proferam.

Rex territus rumoribus
 Spes inter haret, & metus,
 Dicitq; nequam Reinike
 Tu veritatis optima
 Non cultor esse crederis.

Demiror, inquit Reinike
 Rex gratiose, simplici
 Quod de mea sententia
 Orationis ambigas.
 Iuuaret ecquid amplius,
 Si proferam mendacium?
 Huc cum vel hora proinus
 Vitale lumen deseram.
 Cur mortis in discrimine
 Non veritatem detegam?
 Essem profecto stultior
 Et omnibus dementior.

Commota verbis callidis
 Regina dicit, per mei
 Iuro coronam verticis,

Malus cœ
 se simulat
 bonum, &
 pessimum.

Regina mi
 seretur Reinike

Me Valpis huius pœnitet:
Rex ergo cum miserrimis
In gratiam reducere,
Crudele vel suspendium
Facquasodurus carnifex
In tempus hora differat,
Vt omnis hac certissimo
Res explicetur ordine,
Et quisque vocem suppressat,
Vt audiatur apertius.

Hinc Voce Regis omnibus
Indicitur silentium.

Non concionis inscius,
Orditur arte Reimike
Mendaciorum copiam.

Si Regis vxor optima
Hac scire iam desiderat,
Impunè cuncta dixero,
Nec auribus pepercero
Vllius hostis impij,
Mihiq; iunctis sanguine.

Noua nar-
 ratio.

In sede Vallis abdita,
Noctis silentis tempore,
Inuenit olim regium
Parens meus stipendium,
Et pondus auri maximum.
Thesaurus hic Emmerici
Fuisse Regis dicitur,
Fons cladis infestissima.
Nam cum pater successibus
His auctus esset floridis,
Auroq; Cræsum vinceret,

Super-

*Superbus, asper, arrogans,
 Fastidiosus, insolens,
 Nixusq; contumacia,
 Magnaq; si pecunia
 Effertur alto spiritu,
 Et regna mente concipit:
 Nec amplius desiderat
 Pars esse vulgi nobilis,
 Statim sed are comparat
 Insigne Regis aureum,
 Regemq; sese nuncupat:
 Et nuncios in horridam
 Cum fele mittit Ardiam,
 Qui cum Brunonem repperit,
 Huic iussa patris explicat,
 Tenempe, dicit protinus
 In Flandriam erant currere
 His literis clam postulat:
 Diebus istis proximis
 Qui regna vult capessere,
 Incepit ergo perfrui
 Vterq; magnis gaudijs,
 Sperant & ipsi commoda
 E dignitate regis,
 Et patris astu maximo.
 Nec impedit cunctatio,
 Se conferunt in Flandriam:
 Parens utrumq; splendidis
 Non absque donis excipit,
 Scribuntur inde literae,
 Et rursus ad Greuinchium,
 Lupumq; mittunt nuncio.*

Signa mali
 animi qui
 nec paren-
 tē, confan-
 guineosq;
 ignomi-
 niis affice-
 re veretur.

Ne ceteris hi tardius
 Ad tecta Regis aduolant,
 Tunc ortus consultatio
 Est inter omnes maxima,
 Quibus pater fallacius,
 Aut machinationibus,
 Regem neci demitteret,
 Regnumq; si subuerteret.

Hi quinque fedus icerant,
 Infata regis vltima,
 At si quis e regalium
 Conuentibus sarellitum,
 Vel stirpe natus nobili
 Per arma, vimque militum
 Hos vindicare cogitet,
 Pars copias conscriberent,
 Et fortiter resisterent:
 Pars tenderent Aquisgranum,
 Et destinarent maximo
 Sceptrum Brunoni regium,
 Quod ceteris robustior
 Is esset atque fortior.
 Cui dignitate proxima
 Parens meus succederet.
 Sic cuncta designauerant.

Audite nunc qua machina
 Expertus explorauerim,
 Aut ista scire quinerim.

Nam cum quondam largius
 Cum sumeret Greninchus,
 Et ebriosus cum sua
 Communicaret coniuge.

Licentiusq; luderet,
Fatale crimen detegit:
Nec alma viro creditur
Inesse frustra Veritas.
Tacebat Vxor credita,
Dum sola delitesceret:
Quousque venit ad meam
De more prius conjugem,
Tunc protinus Greunckij
(Solent ut omnes fœmina)
Coniunx resignat abdita,
Et instituta dissipat.
Tamen rogat fideliter
Meam subside conjugem,
Vi nemini negocium
Istud recludat arduum,
Quod ipsa calat integra
Per noctis horas vnicæ,
Quousque mane surgerem.
Sed ista cum perceperam,
Turbabar amens maxime
Dolore vitæ nescius.
Recogitabam fabulas,
Et acta prius temporis.
Pro rege quando Iuppiter
Olim trabem rogantibus
Ranis Olympo mitteret:
Nec instar illam Principis
Vellent tamen cognoscere,
Crudeliorem postea
Ipsis dedit Ciconiam,
Quæ ceu Tyrannus impius

Grassata totis finibus
 Suos vorant subditos.
 Ne forte iam contingeret
 Idem, Verebar anxius.
 Tunc ergo soles condidi
 Excogitando plurimos,
 Has arte qua mirabiles
 Retruderem praestigias.
 Quapropter ipse maximis
 Nucbar &sq; viribus,
 Ut pondus auri prae graue
 Auferre possem conditi,
 Tanti caput discriminis.
 Quare sequar omnia
 Patris mei vestigia:
 Seu rura culta carperet,
 Cum sol micaret aestuans,
 Syluasve clàm capesseret,
 Cum luna fulget aurea,
 Per solis aestus ignei,
 Nivesq; frigidissimas:
 Quocunque gressum poneret,
 Hunc insequer sedulo.

COMMENTARIA.

- I. **V**ide quibus Reinike nitatur fundamen-
 tis constituendae fidei, nimirum duo-
 bus firmissimis. Alterum est, quod non solum
 consanguineos suos, verum ipsum etiam pa-
 trem accusat, & in summum capitis pericu-
 lum arcessit. Alterum quod Sicariorum quo-
 rumdam insidias aperit, qui Regem ipsum tru-
 cidare,

~~cidare, & de Regia dignitatis gradu deicere-~~
~~conati sunt~~, quibus suspicionibus Rex, ut fidē
 orationi habeat, bifariam persuadetur.

Nemo enim facilē sanguine iunctos aut
 parentem suum in vitæ discrimen vocat. Ad-
 hæc pleriq; omnes ad studia gloriæ incendi-
 mur, & cupiditate regnandi torquemur, vn-
 de in suspicionem regni appetendi si qui de-
 lati fuerint, incidere facilimè solent. Proindē
 animaduertat iudex, ne orationi ad speciem
 veritatis adumbratæ citò credat. Inquisitio
 enim & inuestigatio veri propria iudicis esse
 debet, ut finem semper, in quem dicuntur o-
 mnia, respiciat & consideret.

Nemo pecuniam, quæ est effectrix multa-
 rum & magnarum calamitatum, tanti æsti-
 mare velit, ut in ea fiduciam dignitatis suæ aut
 omnium rerum spem reponere, eiusq; causa
 maleficiū etiam minimum admittere co-
 neretur. Pecunia enim fugax, fragilis & caduca
 cum sit, ab inconstantia & temeritate seiungi
 non potest. Opes etiā facultatesque, quas per
 vitæ totius curriculum sepè studiosissimè cu-
 mulasti maximas, & ferreis sephisti cauernis,
 harum vnus horæ spacio iacturam facere, &
 in vitæ genus contemptissimæ incidere potes.
 Dei enim opera, poenæque admirabiles intel-
 ligentiæ nostræ vim ac notionem fugiunt.

II.

~~Explicatur hæc opera ebrietatis propria.~~ III.
 Prouerbialis extat sententia, In vino Veritas. ἐν οἴνω ἀ-
 Significat autem ebrietatē animi fucum tol- λήθεια.
 lere, & quicquid in pectore conlitum est, in-

apertum proferre. Vnde etiam diuinae literae
vetant Regibus vinum dari, quòd ibi nullum
sit arcanum, vbi regnet ebrietas. Vnde Salo-
mon in Prouer. à me carmina redditis sic ait:

Cap. 31.

Quod prius exitio Reges dedit optime fili,

Hoc rabida caueas aspide perus iter.

Pocula Principib. neque pone capacia in ignos

Obrue nec Reges exhilar ante mero.

Vincula diuini ne iuris honesta resoluant,

Pectora cum nimio sunt m. id. facta mero.

Et miseros duris cruciatibus vrere pergant,

Atque malos spretò iure leuare viros.

Sunt arumnosis quicunq; laboribus hausti,

Nectar, & his Vinum prebibe dulce puer.

Lib. 14.

Ut mala curarum tormèta relinquere possint,

Cap. 22.

Pectoris arumnas excutiantq; graues.

Hinc est quòd Plinius scripsit vinum vsq;
ad edè mentis arcana prodere, vt mortifera et-
iam inter pocula loquantur homines, & ne
per iugulum quidem redituras voces conti-
neant, vulgoque, inquit, vino attributa est
Veritas. Celebratur etiam Persæ cuiusdam
Apophtegma, qui negauit tormentis opus
esse ad exquirendum verum, vino enim re-
ctius elici, quod Horatius approbat:

Horatius
in Odis.

Tulene, inquit, tormentum ingenio admoues,

Plerumque duro, tu sapientium

Curas & arcanum iocoso

Consilium redegis lyao.

Idem.

In arte Poe-
tica.

Reges d. cuntur multis vrere culullis,

Et torquere mero, quem prospexisse laborant,

An

An sit amicitia dignus.

Rursum alibi.

*Quid non ebrietas designat? opera recludit,
Spes iubet offerat, in preliis trudit inermē.*

Et certum est quod largius poti non tantum effutiant sua arcana, verum etiam audacius in alios loquantur, quod enim in corde sobrii, id in lingua ebrii. Vnde etiam iactatur adagium, non audiri verum, nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebriis, & insanis. Sed nihil pestilentius, quam impunitas garrimenti, aut Senatus ad garrendum optimus, ad loquendum ineptissimus, & nihil salutaris fide & taciturnitate Reipublicæ accedere potest.

Sed iam experientia docuit, vsusq; quotidianus confirmavit, quod temulenti libere & tuto, quicquid in buccam veniat, loquantur, quin etiam incircumspectè, & quicquid forte fortuna in animum inciderit, impunè nugentur. Perinde quasi sermo illis non in pectore, sed in faucibus nascatur. Vnde non solum semetipfos, verum etiam alios infinitis immergunt calamitatibus, quod sobrii certè nunquam aggredierentur. Homines itaque frugi, qui parçè continèter, & sobriè viuunt, auro Princeps sibi comparare debebat maximo. Quid multis innumera temulentiaè mala & immensa continentia commoda, nec liber Iliade prolixior complecteretur. Vinolentiaè detrimenta quotidie ob oculos versantur, quod ipsa non solum vitæ, aut corporis,

honoris aut rei domesticæ damna, verum etiam anima ipsius incommoda pariat. Sed ad eam iam, pro dolor, nos Germani redacti sumus dementiam, vt illum quem amiciores ceteris honorificentius excipere aut tractare volumus, vini copia sic obruamus, vt neque pes, neq; mens officium suum faciat. Hæc autem quæ amicitia, quæ familiaritas, aut benevolentia, quod hominum sanum & sobrium de mente & sanitate deturbo, vitam illi breuiorem facio, sensus obnubilo, ad maleficium impello, vt se non solum indecenter gerat, verum etiam sæpè ea effutiat, quæ mihi & illi incommodo esse possint? Vnde nõ immeritò ebrietas mater & radix omnium malorum, causa & origo damnationis æternæ, prædatrix vitæ humana, venenû bonæ valetudinis, omnium arcanorum reuelatrix, honestatis, & omnis recti expultrix, intelligentiæ, sensuum, memoriæ, morum, totiusq; humanæ naturæ, & ordinis perturbatrix appellatur.

IIII.

Quicquid reticere volueris, id si mulieri credas, idem feceris ac si aquam cribro haurires. Matronæ quidem, & aliæ honeste virginæ omni laude sunt dignissime, inueniuntur etiam illustriores fœminæ quæ fidelius viris, præsertim ebriosis commissa possunt abscondere.

Sed quia rarissimæ sunt hæ mulieres, nigrisq; similimæ cygnis, cautè hac in re agendum est. Pleræque enim fœmina loquacitatis vitio laborant. Proinde si quid occultum, reconditumq; esse volueris, ne viro quidem,

nisi

nisi summa necessitate & urgente occasione
coactus aperias, nedum femina credideris.

Honesta autē matrona res graues, & ponderosas, ad se nihil spectantes expiscari nō debet. Nec mihi quisquam rem gratam praestiterit, si ea quorum mea non refert, dilucidē mihi explanet atque recitet, tamen si enim explorata habeam, nihil tamen commodi meae inde rebus accedit. Quod si res percrebuerit, & in sermone omnium esse coeperit, equē mihi ac alteri culpa imputabitur, vnde plus detrimenti, quā commodi emanare solet.

Docet nos exemplū aut fabula Ranarum, ne facillē peregrinos concupiscamus dominos, sed eum, quem Deus & fortuna obtulit Magistratum, siue asperum, siue benignum, patienter feramus, ei que in omnibus obtemperemus, à Deo enim conceditur, cui frequētius deterior, quā clementior succedere solet. Optandum quidem est mansuetum potius & clementem dari Principem, qui suos subditos, quasi pater patriae fideliter tueatur, & humaniter tractet, quā Tyrannum reuereri multiplicesque ab ipso illatas perferre iniurias: Veruntamen quia & bonus & malus à Deo ad hanc dignitatem ordinatur, tolerandi ambo erunt. Tui enim officij est Magistratui obedire, eumque reuereri, qui si peccat, & ipse pœnas temeritatis suae à

Deo constituendas
dabit.

DE ASTVT. VVLP.
CAPVT XXIIII.
ARGVMENTVM.

De patre Vana suo mendacia dicere pergit,
Se mihi is Vulpes insinuata; dolus.
» Qui semel ingenio conceperit esse dolosus,
» Deseret haud facile perditionis iter.



SE meli tacebam clanculum,
In Vallis antro denia,
Sculus & aures erigens:
Parentis ut vestigia,
Et Angulos reconditos
Intelligens cognoscere m.
Nec fors amica d. fuit,
Quae mater est audacium,
Repellit atque debiles.
Vix tempus hora per breue
Vnius a scultaxeram,
Connallis è cubilibus,

Antroq;

Antroq; rupis humido
 Furtim parens se proripit
 Sursum, retroq; respicit.
 At iura circum frondea
 Postquam latere neminem,
 In colle celso conspicit:
 Multas arenas congerit
 In montis antra concans,
 Pedumq; signa saltibus
 Planis adequat omnia.
 Hinc clanculum se subtrahit,
 Et cum nemus reliquerat,
 Domumq; sese contulit:
 Per saxa montis ambulo,
 Terraq; scrutor viscera:
 In antra repens frigida:
 Aurumq; lucror maximum,
 Opesq; patris consequor:
 Quas ore non percenseam.
 Deferre cœpi protinus
 Pecuniarum pondera,
 In lustra sylva proxima.
 Fossaq; sat notabile
 Recondidi sub arbore.
 Cunctis diebus interim
 Pater meus conuiuia
 His instruebat splendida.
 Qui Regis indignissima
 In fata conuauerant:
 Adhæc Brunonis aspera
 Authoritas ignobilis,
 Cum literis in exteras

*Ablegat Vrbes nuncios,
Vt aduolarent ocyus,
Quicumq; iam stipendia
Vellent mereri militum:
Bruno ferarum maximus,
Hac omnibus decerneret
Exercitus consortijs.*

*Onustus ergo literis
Parens meus benignior
Mox ciuitates plurimas
Nor absque vitæ maximo
Perambulat periculo,
Sed sortis huius inscius,
Quod perdidisset optimum
Regis lenamen pauperis,
Auriqu; pondus maximum.*

COMMENTARIA.

I. **N**ON est indicium bonæ indolis, aut hominis integri, pluribus & præcipuè amicis suis malè loqui eosq; indignissimis calumniari modis. Homo cui nunquam desunt spicula, qui semper cibi aut vètris gratia huic applaudit, illi maledicit, credentem decipit, absentem rodit, & mordet, is odiosum se reddit, & perditionē sibi ipsi acquirit. Et quemadmodum ex cantu auis cognoscitur, sic facile ex sermone cōiecturam facimus cuiusmodi vnusquisq; esse soleat.

II. Nemo vnquā tam malitiosus, aut impius fuisse creditur, qui non seipsum defendere, animiq; malitiam sermone, aut aliqua probi-

eatis

tatis specie adumbrare conatus fit, quemadmodum Vulpes ista, quę aurum defoderat, summa cum diligētia omnia sua vestigia occultare nitebatur, veruntamen aliquod signū apertius semper remanet. Ideoquę dicitur, quod nec ipse diabolus vel mille doctor artiū in eam se transfigurare substantiam possit, in qua penitus sic mutetur, vt cognosci nequeat. Semper enim pars aliqua remanet (aut cauda, aut pes) quę diabolum esse ostendat. Sic etiam rarissimum, si attendas, quod non fit mancum & mutilum, & aliqua ex parte claudicet, profertur mendacium.

CAPVT XXV.
ARGVMENTVM.

*Vltima fata patris, mortēq; exponit amarā,
Terminat & Vulpes ingeniosa dolos.
Pisillo reprobis sixontundatur aheno, α
Non tamen insidias exuēt ille suas. α*

P*Er dura Rheni frigora,
Et murmurantis Albidos
Trans flumen Vrbes plurimas
Parens meus lustrauerat:
Exercitus & militum
Vim maximam conduxerat,
Ad tempus optatissimum
Æstatis huius proxima.
Posthac domum reuertitur
Cætumq; mox sodalium,
Lupumq; quarit anxius,
Vrsamq; Regis amulum,*

Quos

Quos in tabernis ebrios
Tumultuosos inuenit.

His ergo mores gentium,
Casusq; narrat asperos.
Vt mille tot pericula,
In oppidis euicerit,
Canumq; tot latrantium
Vires graues effugerit.

Quam saepe celsis montibus
Venator illum persequens
Non quiverit deprendere.

Post dicit admirantibus,
Quot milites conscripserit:
Vt copiam subduxerant,
Apparet esse milites,
Plus mille quam certissimos,
Qui bellicè iurauerant
In militarem gloriam:
Vellent quòd omnes strenuè
Loco Brunonem Principis
Habere perpetuum sui.

Dei per amplam gratiam
Id impedui sedulo,
Et sum moratus gnauitor.

Dum destinantur caetera,
In antra sylua protinus
Occulta migrat proxima,
Auri sepulti maximam
Auferret et pecuniam,
Primo parens subrupibus
Specus odorat sedulo,
Cabile nec non vndique

Vestri.

Vestigat antri frondem.

Hic ortalis, & maxima

Acerbitas est omnibus.

Ablata sentit omnia,

Nec vitium teruncium

Tot inter auri pondera

Quasitor & quam repperit.

Tum questibus cacumina

Implebat alta montium,

Et cor querelis anxium

Rumpebat, et singulibus.

Patremq; desperatio

Tunc occupavit pessima,

Abit, ligatq; guttura,

Et colla vinculis implicat.

Hinc proxima ramusculis

Spe destitutus & lima,

Ab arboris suspenditur.

Sic hostium regalium

Hoc institutum pessimum

Dolo meo compe scui,

Et impediui callidè.

Hic error omnes fascinat,

Ut me velint extinguere:

Caputq; nostrum deuouent,

Et innocentem luvidis

Abominantur Vocibus.

Nec innocentem tradere,

Regiq; vitam sistere,

Non esse Virtus creditur,

Nec liberat suspendio.

Ut ecce coram cernitur.

1. **S**Cientia & Virtus rei militaris & castren-
 sis militum ratio hîc attingitur, adumbra-
 turq; quàm turbulentum illud importunum
 & temerarium genus hominum sit. Quippe
 qui pecuniæ gratia, quam velut alteram ani-
 mam venerantur, vel ipsum cœlum, duce dia-
 bolo, expugnare, superisq; Iouem detrudere
 regnis conarentur. ~~Nemo vnquam tam ini-~~
~~quus, inuerecundus, aut malus in rerum na-~~
~~tura extitit, qui non pecunia omnia, qua vo-~~
~~luit, comparare sibi potuerit. Quocirca tam~~
~~omnibus nationibus in ore fuisse hæc videtur~~
~~fontentia, quàm nunc etiam omnibus est in~~
~~vsu. Pecuniæ obediunt omnia. Vide Græcus~~
 Poëta inquit:

Euripid. in
Phœnissis.

*Mortuilibus nil charius pecunia,
 Atq; inter homines vna plurimum valet.*

In Pluto.

Item Aristophanes,
*Proh & nihil sumum reperies & spiritum,
 Sed pariter omnes feruntur victi lucra.*

Idem facetissimè persequitur, quicquid re-
 rum vel bonarum, vel malarum geritur inter
 mortales, id pecuniarum gratia fieri, quin et-
 iam Diis ipsis non aliam ob causam rem diui-
 nam fieri, atq; inter alia multa refert.

Si quid eximium est, aut splendidum:

Si quid venustum, hominib. abs te vno venit

Siquidem opibus vniuersa simul obediunt.

Huc pertinent & versus è Comœdia qua-
 dam,

Argen-

*Argentū & anima & sanguis est mortalibus,
Hic qui caret, nec sibi par aut sedulo,
Vnos hic inter mortuus circum ambulat.*

Proindè Horatius pecuniam Reginam appellat dicens:

*Scilicet uxorem cum dote, fidei dā; & amicos,
Et genus, & formam, Regina pecunia donat.*

Sed nemo festiuius pecuniæ Tyrannidem descripsit, quàm Euripides Bellorophontem ad hunc modum loquentem faciēs. Referuntur autem à Seneca versus aliquot, fabula i-

*Lib. Episto-
larum 30*

*Sine me vocari pessimum, et diues vocer,
Nemo an bonus, an diues omnes quarimus.
Non quare, & vnde, quid habeas, tantū rogāt
Vbi que tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, nihil
An diues, omnes quarimus, nemo an bonus,
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Bene moritur, quisquis moritur, dū lucrū fa-
Pecunia ingens generis humani bonum. (cit.
Cui non voluptas matris, aut blandæ potest
Par esse prolis, non sator meritis parens,
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores cælitū atq; hominū mater.*

Cū hi, inquit, nouissimi versus in Tragedia pronunciati essent, totus populus ad eijciendum & actorem & carmen consurrexit, vno impetu, donec Euripides in medium ipse profiliit, petens vt expectarent, viderent, que quem admirator auri exitum haberet. Ex hoc admirari interim licet peruersum
præ-

præposterumque mortalium ingenium, sententiam improbam in ficta fabula, sub persona improba ab histrione recitatam in theatro non ferunt, ac per tumultum eijciunt, sibi quisque domi ignoscit. Quotus enim quisque est qui studio vitaque non loquitur, quod illic histrio sonabat? Horrent voces in theatro & non horrent rem in omni vita. Quid infamius, quid execratius, apud omnes, mendacij vocabulo? quid ipsa re in moribus hominum vfitarius? Quid periurio detestabilius? excute vitam hominum, periurij plena sunt omnia. Vide quid populo iurent Principes, quid Episcopi, quid Abbates, imò quid in Baptismo Christiani omnes. Confer mores, quantam inuenies periuriorum *μυγμυντορ*: Quam abominantur furis nomen, at in vita nihil aliud inuenies. Nisi fortè furtum non est, accipere pecuniã mutuam animo non reddēdi, negare depositũ, mala fide inuadere hereditatẽ aut possessionẽ alienam, imponere emptori, suffurari non nihil de iis quæ tibi credita sunt, pro gẽmis vitrum obtrudere, aliud vini genus pro alio vendere: Denique nullam prætermittere occasionem fraudandi proximum.

Honesti autem & strenui milites non causa pecuniæ omnibus suum corpus prostituēt, sed iis tantũ Principibus operam locabũt, quos ob amorem patriæ, pietatis, religionis, aut aliam honestiorem causam bellum suscepisse cognouerint: Tyrannos verò, qui sitien-

tes Christianum sanguinem ad abolendam gloriam Dei capeffunt arma, angue peius, & cane rabiente deuitabunt, & potius mendicitatem perpetientur, quàm talibus inferuiat.

Animaduerte hïc, quidnam potiffimùm ad belli apparatus requiratur, nimirum pecuniæ ingens & grandis aceruus. Qua femel amiffa atque exhausta non folum bellum finitum, verùm & tu ipfe qui bellum facere atque instruere conaris, poftèa nullus eris. Quã obrem in bello mouendo Imperator fuma cura perpendet & fecum ponderabit, quidnam emolumenti aut detrimenti inde confequi poffit, erarium enim publicum interdum plus fpatio trium aut quatuor menfium alendo paucos milites exhauritur, quàm fi Præpofituras, Ducatus, aut officia aliquot Palatina coëmiffet. Ita vt maiorem pecuniæ iacturam faciat, quam bello adipifci aut recuperare poffit. Quòd fi tandem etiam gloriofam confequatur victoriam, nihilominus pecunias facultatesque fuas amiffit, inimicitias non folum fibi, verùm etiam omnibus fuffefforibus fujs conflauit immortales, vt hoftium extimefcens minas non abfque magnis fumptibus ciuitatem denuò præfidijs, cuftodijs, uigilijsq; munire cogatur, ita nihil præter moleftias, egeftatem, curas & calamitates ea ex re *Belli in eodem* accipiet. Deinde cum prouinciam ipfam ob- *moda* tiner, deuaftatam eam, & fame attenuatam inuenit, in qua modeltia honorque exulant: Adulteria omnisq; improbitas regnant, gra- uis.

uis.

uissimisque peccatis Deus opt. max. offenditur, cuius omnis rei ipse autor extitit. Ad hæc populi indomiti, rebelles, impotentes legibus sibi ci nolunt, sed tanquam in gyrum rationis, quò effrænata & furiosa cupiditas impellit, arripiuntur. Postremò ærarium cùm ipse sit depeculatus, nouas quasdam conficiendæ pecuniæ machinas excogitare, subditorumq; expilatione & direptione opes perditas recuperare cogitur: Vnde sibi iram, inuidiam, & tantum vulgi odium cõciliat, vt illum quem prius hostem licet infestissimum habuerunt, si rediret, omnes expãsis vlnis amplecteretur.

Ex his aliisque multis incommodis facillè colligi potest, quòd nulla regio sumptibus maximis in bellum collatis respondere possit, vt taceam quas violentia militum ciuibus iniurias, & incommoda inferat cùm dimittuntur exercitus: ita vt nihil pestilentius aut detestabilius bello esse possit. Quod & Poëta testatur exclamans:

*Virg. lib. 11
Æneid.*

Nulla salus bello. pacem te poscimus omnes.

III.

Tertiò monemur hîc, ne quis Principum fauori se totum committat, aut in facultatibus suis, rerumque copiis confidat: Nam vt

Eobanus

Poëta inquit,

Hessius in

Tutius est. prestatq; Deo confidere soli.

Psal.

Quàm se principibus credere mille viris.

Pecuniabo

Caduca enim pecuniæ bona cùm sint, &

na vana et

repentè euanescent, teq; non solum in mole-

caduca.

stias, miserisque animi cruces, verum etiam extremam in desperationem coniiciat, stultum profectò

profecto est in auro aliquem spem dignitatis
aut salutis suæ collocare maximam : Nam vt
Poëta testatur,

Sapienter auro multa sibi esse mala.

Et Seneca,

Dij immortalis, obsecro aurum quid valet?

Venerum in auro bibitur, expertus loquor.

Sed quis elegantius Iuvenale, cum ait,
Tantis parta malis, cura maiore, metuque
Seruantur, misera est magni custodia census.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonium
census.

Idem alibi,

Nec plura Venena

Miscuit, aut ferro grassatur saepius & illum

Humana mentis vitium, quam serua cupido

Indomiti census.

Libet his adiacere elegantissimum Auso-
nij Epigramma de Cræso & Diogene.

Effigiem rex Cræse tuam diuissime Regum

Vidit apud manes Diogenes Cynicus.

Constitit, atque procul solito maiore cachinno

Concussus dixit, quid tibi diuitia

Nunc profunt, Regū Rex oditissime? cum sis

Sicut egonudus, me quoque pauperior:

Nam quacumq; habui mecū fero, cū nihil ipse Fortuna tā

Ex tantis tecum Cræse feras opibus. prospera

Itaq; cum fortunæ ornatur muneribus quàm ad-
amplissimis, & ad gloriam erigimur, eum sta- uer su pro-

bilem esse nequaquam nobis persuadeamus. dentia re-

Nihil. n. tam contrarium est rationi atq; con genda est,

stantiæ

stantiæ q̄ fortuna: Quare eius tam prosperos,
q̄ aduersos, quantū humano cōsilio effici po-
terit, motus prudentia quadam gubernabi-
mus, non ilicō, cum ea quæ largita est repetit,
desperabimus, sed potius Diuum Iobum ad-
hortantem nos, audiemus,

*Cū bona de Domino suscepis omnia dextra,
Cur mala non itidem sustinuisse Scler?
Quæ tibi cuncta Deus dedit, hæc Deus abstulit
idem,*

*Ecce is ad plucitum cuncta creata suum.
Quisquis es ergo graui fortune pressus ab Au-
Laudib. extollas nomen ad Astra Dei. (Stro.*

IIII.

Proponitur hic illustre exēplum prouer-
bij illius quo dicitur, malè partum malè dif-
perit, qua enim occasione fraudādi bona tua
comparaueris, eadem amittes. Idcirco etiam
orta est vulgaris illa sententia.

*Lucrum malum æquale dispendio,
quod Hesiodus sic effert:*

*Μὴ λυχνὰ νόσ δλοίειν, λυχνὰ νεπλέα ἴσα δ-
τησι.*

Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.

*Vtinam autem hanc sententiam cum mor-
mortales omnes, tum præcipuè negociatores,
non scriniis, sed pectori in sculperent suo, du-
cerentq; non esse lucrum, quod iactura bonæ
mēis comparatur: neq; quicquam vrile esse,
quod non idem sit honestum. Verūm illis
magis arridet illud Ennianum,*

Ennius.

Vade habeas quarit nemo, sed oportet habere.

Sed

Sed contra Sophocles,

Sophocles.

*Non Undecunq; lucra gaude quarere,
Plerosq; siquidem turpibus de quaestibus
Aufferre damnum, non salutem videris.*

Hinc prouerbiales quoq; aliquot Senarij
nati videntur:

Κέρδος πονηρὸν ἡμίαν ἀεὶ φέρει.

Dispendium affert fraude quaesitum lucrum.

Et,

Τὰ δ' αἰχρὰ λίεθον συμφορὰς ἐργάζεται.

Acturpe lucrum adducit infortunium.

Huc etiam pertinet Pindari sententia:

Pindarus.

*Τὸ ἃ παρ' Δίνων γλυπὸν πιροτάτα μένει
τελευτά.*

*Quod praeter iustum est dulce, exitum ha-
bet amirissimum.*

Qui enim furtis, rapinis, aut alio quouis *Ree male*
malo dolo res & facultates suas amplificat, *parta, ma*
horum possessio nunquam hereditario iure *le dilab-*
ad tertium haeredem peruenit, cuius rei ex-
empla quotidie videre licet.

CAPVT XXV.

ARGVMENTVM.

*Spe Reginalenis Vulpis tactatur in an. i,
Dum promittit opes rupe latere cana.
Credere turpe nimis nulli, Verū omnia cuique
Credere, tam stultū quā nocet illuderit.*

Regina lucri maxima
Spe captam ore femina,

H

De

De plebe Vulpem seuocat,
Dicitque nobis indica,



Castida o-
ratio Reini-
kes.

Regina cō-
solatur Rei-
nikin.

Qua Valle sit reconditum
Tampondus auri diuuis.
Tunc ille quid stultissimus
Narrabo surdo fabulam?
Opesne vel pecunias
Tantas in hostem conferam?
Meaque fiet particeps
Hereditaris Carnifex?
Quid me iuuabit amplius
Monstrare vobis talia,
Qui mortis indignissima
Desideratis exitum,
Meaque pelle luditis,
Et furibus nequissimis,
Plus quam mihi confiditis?
Regina dicit asperas
Amice curas exue,

Viri.

Virique pectus indue:
 En omne quod te perdidit
 Crimen tibi mitissimus
 Remittet, & Rex optimus
 Astuta contra protinus
 Hac verba dat Vulpecula:
 O Regis Vxor prapotens,
 Et gratiosa femina:
 Si rebus his in arduis
 Ausim tibi confidere,
 Et hesitationibus
 Cunctis remotis credere,
 Quod crimen hoc ignoscere,
 Culpamque Rex dimittere,
 Velitque Regiam suam
 Praestare gratiam mihi:
 Ipsum bearem protinus
 Prae Regibus mortalibus
 In orbe iam de gentibus.

Hac quando fallacissimus
 Praefatus esset Reinike,
 Rex, inquit, Vxor optima
 Verbis latronis improbi
 Confidene mendacibus:
 Impostor, iste fallere,
 Furtimque rem subducere,
 Et polliceri frivola
 Hac arte novit omnia:
 Hac scito Vulpis propria
 Fallacis esse munia:
 Nugator is Vanissimus,
 Est omniumque pessimus.

Virtutes
 Reinikes.

Proptium
 vulpium
 est fallere

H 2

Tum

Tum Verba contraregia

Regina sup-
plicat regi
pro salute
Vulpis.

*Regina dicit garrula,
Confide Rex clarissime,
Vt amq; dones perditio,
Iam quippe mores impios
Vita prioris exuet:
Nam criminis redarguens
Culpauit affines suos,
Nec non amicos proprios,
Quibuslibet nec intimis
Parcens suis sodalibus,
Seni parenti nec suo,
Omnes nefandas omnium
Retexit vltro machinas.
Quae credo nunquam diceret,
Si vellet aut mendacijs
Vt iube contumelijs.*

Regis est
non facile
credere.

*Rex inquit, imis charior
Si credis vxor sensibus,
Id esse consultissimum,
Ne forte plus incommodi
Hinc exoriri sentiam,
Hunc liberabo vinculis
Et auolare liberum
Cunctis sinam praesentibus:
Rei licet miserrimi*

Minatur
rex Vulpi
nisi vitio-
sam emen-
det consue-
tudinem.

*Sit error & grauisimus,
Et omnium deterrimus:
Sed interim tamen mei
Huius supremi verticis
Insigne testor Regium,
Si non volet desistere*

Factis suis ab impijs,
 Aut in ministros quoslibet
 Quicquam meos vel nuncios,
 In posterum commiserit,
 Mains luet suspendium,
 Quam iam paratum viderit:
 Quin & tot omnes proximos
 Vlciscar atq; puniam:
 Et quicquid eius & spiam
 Amiculi deliquerint,
 Regis & plagiarij,
 Quos indicavit Reinike,
 Id omne vindicabitur
 Sed legibus durissimis:
 Agentur omnes exules
 In orbis oras & ltimas.

Hac audiens Vulpescula
 Mox gaudio perfunditur,
 Viresq; mentis ardua,
 Et spem recentem concipit,
 Atque rex mitissime,
 Et omnium clarissime,
 Quacunq; vobis spondeo,
 Servabo cuncta sedulo:
 Nam facta nunquam talia
 Laudem merentur inclytam:
 Et est quidem magnum nefas
 Et dedecus turpissimum,
 Magnatibus promittere
 Præstare quæ non cogites.
 Rex arbitratus omnia
 Hac esse vera, protinus

Minatur
 pœnam e-
 xilij.

Reinike
 promittit
 se fidē ser-
 uaturum.

Turpe qui-
 dem dictū,
 iam fallere
 nouimus
 omnes.

*Iubet resoluti vincula,
Et liberè Vulpeculæ
Peccat, et donat omnia.*

COMMENTARIA.

Hoc vnicum præcipuè ex hoc capite vxoris discant, quid fœminam in consilium adhibere conducatur. Quæ nihil pestilentius esse Homerus affirmat, inquit enim:

Odyss. 4. *Ὅς ἐν αἰνότησιν ἡμῶν ἄλλο γυναικός.*

Vsq; necdò nihil improbius, muliereq; peius.

Frequenter autem apud antiquos Poetas malè audit mulierum genus, quæ quidem & nostro sæculo strenuè dant operam, ne Poetæ vaniloqui fuisse videantur. Euripides apud Planudem in AESopi vita inter omnia mala principatum Mulieri tribuit cùm inquit:

Euripides. *Πολλὰ μὲν ὄργα ἐν ἡμῶν θαλασσίῳ,
πολλὰ δὲ ποταμῶν ἡμῶν πρὸς θεῶν
ἔνοα,*

*δεινὸν ἢ πένια, δεινὰ δὲ ἄλλα μύρια,
πλὴν ἔστιν ἔτι δεινὸν ὡς γυνὴ ἡμῶν.*

Nihil mala muliere peius, sed & cōtrarium intelligendum, nihil bona melius:

Eurore multo sanitate mare,

Præniq; fluuij. Et ignis acris impetus,

Inopia acerba, acerba alia quam plurima:

Sed nil tam acerbū est noxiū, ut mulier mala.

Mulierem autem malam esse perquam venustè Lacon quidam significauit: Qui cum vxorem perpuissillam duxisset, dicebat è malis, quod

quod minimum esset, eligendum. Vnde non immeritò mulieres omniū ferè calamitatum *Mulieres* autores fuisse viris dicuntur: Testis Pandora *omniū ca-* Hesiodea, testis bellum Troianum, testis Her *lamitatum* cules à Deianira extinctus, testis Danaïdum *multis au-* fabula, testis Lemniarum mulierum historia, *tores exti-* testis Cleopatra, aliæq; innumere. *Ornat au-* *tere.*

tem quàm maximè mulierem silentium, ita vt in prouerbiū hoc abierit. Verùm ex ossibus *Quare fa-* compactas esse fœminas constat: ossa autem *mina ple-* nimis crepitant & perstrepunt, eam ob cau- *runq; sint* sam illis à natura propemodum inesse garru- *loquacio-* litatem existimamus. Est enim mulier *res viris.*

Mobilis, inconsistens, vaga, garrula, variabilis, Mantua- *liquis,* nus in Ba- *Qua variū & mutabile semper* eo icis.

Kali, non vult, secumque sibi contraria pu- *gat.*

Præsentit, vt arbitror, & hoc ingeniosus *Phidia ex-* ille Phidias, fœminam nimirum esse animal *emplum.* admodum loquax, sagax ac versatile. Nam si huc illuc discurrere & circumuagari (quod plurimum desiderat) prohibeatur, saltem speculum aut fenestram aliquam, vt dilectam amicam, frequentat & amplectitur diligentissimè. Omitto perpetuum ornatum faciei, atque vestium compositionem, rerumque fortuitarum appetitionem, quæ omnia mihi difficilem & dubiam probitatis opinionem pariunt. Phidiam autem Venerem hoc modo fabricasse, vt testudinem calcaret, auctor est Plutarchus. Porrò fœminæ loquaces

Plutarch. à meretrice Leæna tacere discant, cuius fœ-
in Præcep. minæ, præsertim scorti taciturnitas non im-
Nuptialib. meritò admirabilis apud Athenienses, & sum-
Meretrix mæ dignitatis extitit: Exemplum enim, quia
Leæna silē- sanè illustre est, percensere hîc non grauabor.
tij exem- Harmodius & Aristogiton iuuenes fortissi-
plum mu- mi, ciues Athenienses de Republica optimè
lierib. gar- meriti: nam libertatis recuperandæ, ac Rei-
culis propo- publicæ conseruandæ gratia de Tyranno in-
nitur. terficiendo coniurare, atque id aggredi ausi
 fuere, ideoque in eorum honorum à ciuibus
Gellius lib. publico Decreto constitutum & sancitum,
9, cap. 2. ne vnquam ipsorum nomina seruis indere li-
 ceret. Hi scortum eius lyre cantu, & beneuo-
 lentia officio maximè coniunctum & fami-
 liare habebant, nomine Leæna, quæ à Tyran-
 no capta, torta, & ad mortem vsq; excrucia-
 ta, eorum tamen de Tyrannicidio consilia, &
 conspirationem prodere, nec aperire voluit
Plin. lib. 7. quin potius præcisam dentibus linguam in
cap. 23. Idē Hippia Tyranni faciem expuit. Idcirco A-
lib. 34. c. 8. thenienses ei quoque quid honoris tribuere
Petrus Cri- volentes, nec tamen vt scortum celebrare ani-
nitus lib. 9. maleius nominis in arce Cecropia, à Cecro-
cap. 3. de ho- perege conditore appellata, per Iphicratem
nesta disci- eximium artificem, affabrè sculptum statuē-
plina, De re, vt que clarius honoris causa id factum esse
mulierum intelligeretur, in opere Leæna linguam non
studio & addiderunt. Quod taciturnitatis exemplum
malitia, Vi fœminæ pectori benè insculpant, cum præter
de Ter. in naturam mulierum sit cohibere linguam: Vt
Hecyra. que adeò enim loquaces, obstreperæ, & gar-
 rulæ

rulæ sunt, vt cuidam seridè quamobrem mulieres imberbes essent quærenti, quidam responderit, quia tantum temporis filere, immotisq; persistere labris non possent, quousque barba eis abraderetur. Plura de foeminarum malitia & furore eaq; innumera & mira adducerem, nisi prolixior, quàm par sit, me futurum vererer. Mulierum quoq; astutiam & nequitiam passim detestantur Poetæ: sic Seneca,

*Sed dux malorum femina, & scelerum
artifex.*

Sic & Pamphilus poëta:

*Fallax, improba, saua, tristis, amens,
Infirma, instabilis, procax, petulca,
Quæq; est femina.*

Idem alio in loco,

Labilis, inconstans præceps, mutabilis, ar-
dens,

Impetuosa, ferox, insulso, &c.

Et Terentius,

*Censens te posse vltam reperire mulierem
quæ careat culpa?*

Juuenalis,

*Nil non permittit mulier sibi, turpe putat
nil.*

*Cum virides gemmas collo circumdedit, &
cum*

Auribus extensis magnos emittit elenchos.

Item Horatius,

Intolerabilius nihil est quàm femina dives.

Quocirca Principes qui aliis imperant cau-

Mulierum tiores prudentioresque esse debent, quam ut
consilij mulierum consiliis vtantur, aut earum pre-
principes cationibus locum dent. Et cum foemina nihil
vti nō de- instabilius appareat, vir constantia praeditus
bere. se illius blanditiis perturbari haud patietur,
 sed singula pro magnitudine rerum ponde-
 rabit atque discutiet, antequam temere vx-
 ris suae verbis fidem habeat. Id quidem non re-
 prehenderim si maritus vxori aliquando do-
 mesticis in negociis obediat: Verum in rebus
 magnis aut capi talibus consilio vti mulieres,
 tam stultum quam vanum esse nemo sapiens
 ignorat.

CAPVT XXVII.

ARGVMENTVM.

Pollicitis diues Vulpes ingentibus aurum
lactat, Et irato spondet, Et arte, Duci.
Plurima nobilitas nostro promittit in auro,
Rusticitas seruat religiosa fidem.

Gratiarum **T**unc rursus audax Reinike
actio Rei- *Coram profatur omnibus:*
nikes pro *Tot iure Regi nobili,*
accepto be- *Eiusq; mansuetissima,*
neficio. *Et coniugi clarissima,*
Agoperennes gratias,
Caelo quot & inquam lucida
Micant in alto sidera.
ab impossi- *lungentur ante Cryphibus*
bili. *Equi si more mutuo,*
Canemq; Dama diligit,

Quinta

Quam dicar indignissimè
Humanitatis istius
Oblitus & illo seculo,



Aut immemor redarguar:
Omnes & auri maximi
Pecunias habebitis,
Quas dives auri Flandria
Terra sepultas occultit.
Stat Sylva densa rusticis
Qua iam vocatur Hufelo:
In parte dextra limpida
Dulces aquas fons enomit:
Nec desit illic humida
Spelunca pendens pumice,
Implentque caelum dulcibus
Aues & ubiq; cantibus.

Hic quercus antiquissima,
Procerâ qua cacumine
Excedit omnes arbores,

Remunera
tionis be-
neficij pol-
licitatio.

Crede
quod inter
dum mul-
tis menda-
cia pro-
sunt.

Descriptio
loci.

Comas in auras erigit:
 Sub hac sepultus excubat
 Thesaurus auri maximus.
 Quapropter ipsum consulo
 Te conferas in Flindriam
 Iterq; mox accingere:
 Sed nemini mortalium
 Fidas nisi vni coningi.
 Hic ponderosam maximo
 Auro coronam regiam
 Gratamq; gemmis erues.
 Hanc Rex potens Emmericus

Pretiosam
 coronā esse
 ait, vt regē
 & reginam
 tanto au-
 diiores red-
 dat.

Gestisse quondam dicitur,
 Cum vesceretur integer
 Auris adhuc vitalibus:
 Plus postulauit millies
 Illam Bruno stultissimus.
 Hanc margaritis vndiq;
 Videbis auctam splendidis.
 Gemmisq; tot miraberis
 Illuminatam grandibus:

Ingens pre-
 cium noſe.

Hac estimantur omnia
 Centum talentis millibus,
 Sed Atticis maioribus.
 At quando Rex clarissime
 Opes habebis maximas,
 Erisq; factus ditior:
 Tunc ipse demum laudibus
 Summis mea constantiam
 Fidelitatis euehes,
 Nulliq; gratiosior
 Studebis esse, quā mibi,

Laudabis atq; Reiniken,
 Et fausta comprecaberis,
 Quod te bearim ceteris
 Pra Regibus mortalium.
 Ut omnium ditissimus
 Sis atq; praestantissimus.

COMMENTARIA.

Admirari licet hinc quomodo adultores
 verbis coquinariis Principum animos demul-
 cere, & spe commodi ablandiri eosq; in ad-
 mirationem rapere possint.

Animaduerte enim quam iucunda, fallax, *Assentari*
 fucata & artificio simulationis erudita sit *nunc qua-*
 vulpeculae oratio: quam dolose Regem circū- *stus est om-*
 ueniat, & ingeniose mentiri pergat, ut eius *nium & ber-*
 verbis sine ullo ~~fuso color~~ *veritatis inesse vi-*
 deatur, ita ut lethale mulsum eius verba non *rimus, &*
 incommodè quis appellare possit. Vnde tales *inquit Te-*
 adulationes ad gratiam comparatae, aurium- *rent. in En-*
 que pruriturum, melleae sunt Principum pra- *nuch.*
 focationes: assentatione enim delectant, ca- *Oratio Rei-*
 terum mendacio admittentem strangulant. *nikes qua-*
 Impossibile quidem est omnes adulatorum *lis sit osten-*
 effugere infidias, & ne semel quidem fucata *ditur.*
 nebulonum istorum specie decipi, tamen qui *Adulatio-*
 non facile credit, nec facile decipitur. Quas *nes magna-*
 ob causas Principes & Magnates hoc Home- *rum sunt*
 ricum carmen tanquam pharmacon aduer- *prafocatio-*
 sus adulationis venenum in promptu semper *nes.*
 habeant.

ἔτοι ἐγὼ θεὸς εἰμι. τί μ' ἀθαυδέτοισιν ἐ-
νεῖς;

Hoc est,

Singula *Nullum ego sum numen, quid me immer-*
parasitorū talibus equas?
Verbabenè & talem parasitorum blandiloquentiam be-
examinan nè examinent, singula verba trutinent, quid,
da & pon- cur, quomodo & quem in finem dicantur,
deranda quo consilio, aut proposito nouitates, aut nu-
sunt. gas istas inauditas euomant, ne rei magnitu-
dine percussi in errorem inducantur, & fide-
lissimos sæpè à leuissimis scurris vanissimè
accusatos ministros amicosq; dimittāt, quo-
rum loco perniciosus alitur adulator, & su-
stentatur fama solummodò populi, inhians-
que cuncta deuorat, & superioris sui nigros
vitiososq; mores facillimè mellito ore turpif-
fima & exitiali adulatione imitatur, ab albis
verò & rubris, id est labe carentibus totus est
alienus, id quod Alciati emblema in tales do-
ctissimum exprimit:

Semper hiat, semper tenuem, qua & scitur au-
ram

Reciprocet Chamaleon,

Et mutat faciem, varios sumitq; colores,

Præter rubrum & candidum.

Sic & adulator populari & scitur auræ

Hiansq; cuncta deuorat,

Et solum mores imitatur principis atros

Albi & pudici nescius.

Quare diuus Hieronymus callidam, infi-
diosam

diosam illaudatamque semper esse adulatio-
nem affirmat.

*Vide diuum Hieronymum in Pelagium inue-
hentem.*

CAPVT XXVIII.

ARGVMENTVM.

*Insidias rursus vulpes stabilire laborat
Et fabricare graues incipit ore dolos.
Qui cito Vaniloquus confidit & bique susurris,
Fallitur, & culpa non vacat ille graui.*

Rex è meris fallacijs
Mendacijsque Reiniken
Constare totum sentiens,
Dic, inquit, o vulpecula
An non videtur vtile,
Et esse consultissimum
Site ministrum praebeas,
Viamque mecum conteras?
Nam Flandriam nec vidimus,
Nec hucus oratam viam
Longam prius tentauimus.
Tot Urbium praestantium
Audimus cognomina,
Antuerpiam, Colontiam,
Bonontiam, Lutetiam,
Romamque mundi Principem,
Quas saepe vulgus nominat
Vrbes celebres & graues.

Rex comi-
tem via po-
stulat Rei-
niken.

Sed

*Sed sylua, mons, & oppidum,
Quod nominatur Hustelo,*



*Nullius unquam Principis
Aures puto percrebuit,
Et vera si fatebimur,
Nemus nec istud omnium
Natura rerum continet:
Quapropter hoc, Vulpecula,
Te credo nomen fingere.*

**Terrorem
Rex Vulpi
suis verbis
incutit.**

*Hac verba callidus lubens
Non audiebat Reinken:
Pergit tamen mendacia
Ornare verbis improba:
Quid cogitabis maxime
Rex, inquit, & illis dixero
De montibus si gentium,
Quas sol propinquus excoquit,
Et te & orbis & ltimas
Lustrare partes iussero?*

Quid

Quid Flandria Vicinius?
 Nec Verba permutauero,
 Aut facta mendax dixero.
 Lubetq; coram sistere,
 Cui Sylua non incognita
 Sit, qua Vocatur Hustelo.

Sic fatus ipsum Regia
 Ex arce Lampen aduocat
 Sermonibusq; territum
 Compellat audax talibus
 Hic sede coram Regia,
 Caput tuum testaberis,
 In orbe nunquid Flandrica
 Nemo Vocatur nomine
 Quod Hustelo cognoueris?

Tunc ille, testimonijs
 Res talis ecquid indiget
 Et Sylua plena sentibus,
 Et densi dumis horridis,
 Quae nominatur Hustelo:
 Olim suas Vanissimas
 Rumore teste Syluis,
 Utroq; gressu claudicans
 Cudebat hic pecunias,
 Quibus per omnes Flandria,
 Deceps Urbes rusticos:
 Hic mille tot molestias,
 Aestus, gelusq; maximum,
 Canumq; morsus pertuli,
 Sic dicit atque conticet.

Cur ergo Vulpes amplius,
 Rex inquit, aequum te misit

Lampi te-
 stimonio
 mendacia
 sua confir-
 mat Reini-
 ke.

Lāpus hic
 mendacia
 Reinikes
 confirmat

Ducem

Ducem negas adiungere,
Et maximum pecunia
Monstrare pondus abdita?

Excusat se *Sermonibus cautissimis*
Reinike *Respondet his Suspectulus*
quare regē *Si fata vitam ducere*
comitari *Mihi meo concederent*
in Flandriā *Arbitrio liberrimo*
non liceat.

Res nec mihi inuidior
Aut gratior contingeret,
Quam Rex tibi per Flandriam
Præbere me pedissequum,
Cum regenam fortissimo
Quis ambulare perneget?
Sed id vetat nunc temporis
Et sortis importunitas,
Nec ardo dat licentiam
Rerum mearum multiplex,
Statusq; commutabilis,
Quæ cuncta vobis ordine
Nunc explicabo perlubensq;
Quod si deinde perplacet
Rebus relictis omnibus
Non me pigebit Flandria

Narrat Lu- *In regna tecum tendere,*
pū aliquan- *Olim recisis calcibus*
do factum *Cucullio superbiens,*
monachū *Et fune cingens ilia*
suaq; ope- *Mundo videri sanctulus*
re ab one- *Cum vellet Isengrimus*
ra monasti *Frequentibus ieiunijs*
ca vitæ li- *Exhaustus, & molestus,*
beratum.

Cibiq;

Cibiq; vilis ferculus
 Confectus est macerrimus,
 Et aeger, Et iam debilis
 Mihi (Velut charissimo
 Vita sua stultissimas
 Leges solebat conqueri)
 Recensuit pra caeteris
 Quod nempe solitudine
 Mendicitatis affecta,
 Grauiq; noctis frigore,
 Inediaq; maxima
 Periret, Et tabesceret.

Ob hos dolores sanctuli
 Monebar Isengrinij,
 Ut condolerem perdita
 Effunderemq; lacrymas:
 Quapropter astutissimam
 Excogitavi machinam,
 Et ilicet monasticis
 Hunc liberavi vinculis.

Expertus istud Pontifex
 Hypocritam me nominat,
 Et ultor excommunicat,
 Me clamat infectum haeresi
 Et caeteribus fidelium
 Me separat mox omnium:
 Quid ergo vulgus diceret
 Aduerte, si Rex maxime
 Tecum viator ambulem,
 Qui pulsus ex Ecclesia
 Sum Christiani Principis,
 Quem tu volebas perdere,

Excōmuni-
 cationem
 causā esse
 dicit quo-
 minus cū
 Regē profi-
 cisci queat

Et in

Et in crucem suspendere?
 Non Regia potentia
 Leues notas inurerem,
 Si plenus atro crimine
 Vitaq; turpitudine,
 Libidinumq; sordibus
 Vel omnium notabilis,
 Cum Rege nobilissimo
 In Flandriam discederem:
 Quare videtur Stile,
 Et sortis id necessitas
 Requirit immutabilis,
 Ne dignitati Regia
 Aspergerem libeculam,
 Aut dedecus turpissimum,
 Ut antè sordes expiem,
 Infamiamq; maximam,
 Summamq; conscientia
 Curem salutem territa,
 Magnumq; Roma Praesulem
 Et deprecer sanctissimum
 Episcoporum Principem,
 Quin pronus augustissimi
 Supplexq; patris optimi
 Exosculer Vestigia,
 Pastoris huius pristinam
 Et ianitoris Caelici,
 Ex arte pœnitentia
 Ut gratiam recolligam:
 Nam ritè pœnitentibus
 Is donat indulgentias
 Reis salubres omnibus:

Non vult
 Regi inure
 re turpitu-
 dinis notā
 Reinike.

Trans equor inde currerem,
 Fretiq; vasta littora,
 Et antequam reuenterer
 Tot executus dicerer
 Fuisse pœnitentias,
 Hinc fama læta spargeret,
 Quod Rege cum dignissimo
 Vir Reinke prosperrimè
 Rerum peritus omnium,
 In Flandriam discederet,
 Rex dicit ista Reinke
 Si vera narras omnia,
 Authoritatis Regiæ
 Illustris æstimatio
 Hæc nostra contumelijs
 Offenderetur maximis:
 Quæ propter ad negotium
 Præsens mihi Lepusculum,
 Vcligam Greuinchium:
 Profectò Vestrum consulo,
 Et institutum comprobo,
 Vt nempe Vitam perditam,
 Tuosq; mores corrigas.
 Malum bonumq; sustine
 Et abstine quamplurimis:
 Nam sola temperantia
 Laudatur in negocijs
 Vel omnibus Mortalium,
 Virtutis atq; maximus
 Thesaurus esse dicitur.
 Ergo tuam sententiam
 Extollo summis laudibus,

Rex senten-
 tiæ Reini-
 kes astipu-
 latur & in-
 stitutum e-
 ius probat.

FIN

Vita quod in dignissima
 A peste delinueris
 Et ire rectam semitam
 In posterum desideres:
 Quapropter ipse comprecor
 Vt assequaris omnia
 Vita tua salubria,
 Deoq; quam gratissima.

COMMENTARIA.

Obserua ex hoc capite.

Quam periculosum sit aliquem, cuiuscun-
 que etiam dignitatis aut fortunæ hominem
 prodere, infamare, & apud viros Principes
 clanculum deferre. Is enim currente rota for-
 tunæ, cuius tu famam prius ignominiosè la-
 cerasti, vel honesto aliquo facinore, vel Para-
 fitica blandiloquentia, vel fucatis quibusdam
 mendaciis se ita insinuare, perditumq; fauo-
 rem reparare poterit, vel ad maximos euectus
 honores, tibi amicisque terrore periculoque
 nonnunquam mortis nocere & obesse possit.

II. *Circūscri-
 ptio.* Norunt omnes ij, qui honestè rem merca-
 turis faciendis hodie quærunt, quanta fraus,
 quanta infidelitas in pecuniis monetisq; ex-
 oneta r^a ponendis per totum orbem terrarum admit-
 tio habéd^a tatur. Quare monete vt maximam habeamus
 est. rationem hîc modestè admonemur.

III. *Excōmuni-
 catio apud
 Pontificios* Constat olim excommunicationem apud
 Pontificios multorum inauditorum flagi-
 tiorum originem & operculum fuisse. Qua
 freri pōtiffices imperatorum existimationi &
 poten-

potentie, regum principūq; opibus, omnium *quidolimo*
deniq; hominū cuiuscunq; conditionis fue- *fuerit.*
rint facultatibus & saluti, malitiosè infidias
struxerunt, vt omnes legū periculis illaquea-
ti ea, quam ipsi deligerent chorda oberrarent,
nec contra eos saltem mutire auderent. Cæ-
sares & Principes secundum arbitrium libi-
dinemq; suam extulerunt & deiecerūt. Chri-
sti vicarij dici & appellari volunt, cū tamen
ille talibus se nunquam implicauerit negotiis.

Veram quidē Christianorum excōmuni- *Vera Chri-*
tationem maximi ponderis & momenti esse *stianorum*
nemo dubitauerit. Nimirū cū ministri Ec- *excommu-*
clesiæ aliquē, in apertis degētē flagitiis, vt sunt *nicatio ma-*
adulteria, latrocinia, rapinæ, quotidiana co- *ximè neces-*
messationes, cōtumaces heresis opiniones, nec *saris.*
post frequēt es & salubres admonitiones me-
liora amplecti volentem, ex cōmuni fidelium
congregatione excludunt, & à baptisimi cete-
rorumque sacramentorum administratione
arcēt. Talis vel vilissimi alicuius pastoris sim-
plex excommunicatio plus in oculis Dei va-
let, & coram omnibus mortalibus valere de-
bebat, quàm superstitiosa Pontificū, Episco-
porum, monachorum, reliquorumq; sacerdo-
tum, quæ plerisq; pecuniæ causa, aut aliarum
apud tales vsitatissimarum consuetudinum *IIII.*
gratia imponitur. *Peregrina-*
tio ad sun-

Quartò innuit hic autor non minus stoli- *torum ca-*
das, quàm abominabiles & impias, ad castel- *stella sana*
la peregrina, olim Diuis consecrata, fuisse *Et stolda*
peregrinationes: Cū nimirum posthabita *fuit.*
uxore,

uxore,

vxore, liberis, omnibusque domesticis actionibus, multi partim Romam, visendi studio summum Pontificem, alij ad D. Iacobi insulas, sperantes, imò pro certo habentes se omnium peccatorum relaxationem, nec non vitæ sempiternæ præmium consecuturos, curfitarunt. Grauius quidem illi miserimi & obcæcati homines aduersus summam fidei Christianæ peccarunt constitutionem. Quandoquidem propriis innixi viribus, suæ pietati confidebant, merita & beneficia Christi abiciens, suis venabantur gratiam operibus. Quod autem quidam hîc obiiciant, non paucos per inuocationem sanctorum pristinam recuperasse valetudinem, talesque peregrinationes nonnullis cæcis visum, surdis auditum, claudis ingressum restituisse, maximeque salutare extitisse: Non equidem omnino id negauerim: Verum ideone superstitiones illas probabimus? Et quis affirmauerit ope illud diuina & non potius satanæ fascinationibus & præstigiis confectum fuisse? Narratur super hac re historia de errone quodam scholastico, qui vetulæ febricitantis collo cum appendisset chartam, extemplo febres decessit, mulierque incommoda emerfit valetudine.

*Historia cu
iusdam va
gabundi
scholastici.*

Quam, ut aliorum quoque infirmitati consuleretur, cum vetula illa describi curasset, execrandis Dæmoniorum nominibus referatam esse compertum fuit. Istasne satanæ præstigias diuinæ virtuti adscribemus: Sic hodie præstigiatores & Magi nonnulli consecrationibus,

nibus, aliisque dolosis captionibus plerunque Trinitatis nomine obumbratis multis auxiliantur & nocent. Cum omnia Diabolorum auspiciis agant horrendisque inauditis & perterritis nominibus & vocibus diabolorum cœtui quadrantibus utantur, adeoque ipsi met nesciant, quid illa, quibus utuntur, peregrina velint vocabula. Infelix interim ignaraque harum omnium rerum plebs, non Satanam, sed Deum per huiusmodi consecrationes suppetias tulisse auguratur & credit. Verum omnes qui huiusmodi artibus dediti sunt, damnatione ignominiaque sempiterna afficientur. Hac dere multa, varia & utilia inserere, nisi plures eadem copiosius pertractassent.

Ergo caueo tibi Domino ne forte relicto

Elebile sceleris perditionis iter.

Vitam monasticam omnium scelerum colluione imbutam, infinitorumque malorum causam extitisse affirmat. Qua dere cum alibi plura agantur, copiosius quicquam addere iam nolo.

V.

CAPVT XXIX.
ARGVMENTVM.

*Magnificum Vulpi Rex conciliatus honorem
Exhibet, opprobrijs exoneratque nouis.
Virta iacet Pietas, reprobi tolluntur in altum:
Sed tamen hinc lapsu quo grauiore ruant.*

Rex occupans subsellium,
Subnixus altis sedibus.

I

Residis

Residit arcis Regia.
 Et conditorem stirpium,
 Rerumque naturalium
 Praefatus in sic omnium.
 Magnoq; cunctis bestijs,
 Auditus est silentio,
 Omnesq; sponte regijs
 Obtemperabant Vocibus,
 Pratiq; floridissimo,
 (Sed quisq; nobilissimi
 Pro dignitate stemmatis.)
 Confederant in gramine.

Reinike
 digniorem
 locū apud
 regem oc-
 cupat.

Hic subleuatus Reinike
 Superbiebat liuidi
 Non hostis absq; maximis
 Suspirijs, & luctibus,
 Iuxtaq; Regis coniugem
 Locum tenebat splendidum.

Oratio Re-
 gis, ad cate-
 ra animan-
 tia.

Affatur ergo bestias,
 Et ore rursus incipit,
 Per scepra vobis omnibus
 Rex impero silentium,
 Quot hic adestis bestie,
 Qua membra cunq; corporis
 Ritu ferarum perferunt.
 Aut peruolantes aerem
 Nituntur alis fortibus,
 Vos ampla seu potentia,
 Honorve magni stemmatis,
 Opumve reddit copia.
 Prae ceteris spectabiles
 Rerum vel indigentia,

Exosa

Exosa terris omnibus,
 Mendicitasq; deprimit,
 Sinitq; sordidissima
 E plebe non emergere,
 Quaecunq; nostris dedita
 iam subiacent prouincijs,
 Mentis pias aduertite,
 Imis & omnes sensibus
 Mandata nostra figite.

Coram videtis Reiniken
 Astare vinculis liberum,
 Qui vincetus ante compede
 Erat leuandus in crucem,
 Precatione supplici,
 Meamq; sponsonibus
 Is impetrauit gratiam.
 Hunc iure quod pepercerim,
 Et com meatum liberum
 Mea per vrbes quaslibet
 Prouincia concesserim.

Et si quis hunc in Reiniken
 In posterum leuissimas
 Iniurias immiserit:
 In se, suosq; liberos
 Offensionem Regiam
 Is concitabit maximam.
 Mulctabiturq; vinculis
 Et morte crudelissima:
 Quapropter ipsum Reiniken
 Cum filijs & coniuge,
 Honore dignabimini,
 Amplissimisq; laudibus

Reinikē in
 gratiam se
 recepisse
 Rex cōme-
 morat, &
 idcirco ab
 omnibus
 vult hono-
 re affici.

Rex cōmi-
 natur om-
 nibus Rei-
 nikē offen-
 dentibus
 pœnas.

*Frequenter obseruabitis,
Et gloriam pulcherrimam
Virtutis huic prestabit
Ad vsq; vita terminum.
Nec est quod vllus amplius
De fraudibus Vulpecula
Ad me querelam deferat.*

Excusat
Reiniken
quod impe-
tu quodam
iuuenili
peccauerit

*Nam quicquid ante Vulpium
Iniqua per commercia
Seductus vngquam fecerat,
Aetatis aut infirmitas,
Et insolens infantia
Peccare quondam iusserat,
Id expiare cogitat:*

Emédatio-
nem Reini-
kes polli-
cetur.

*Et propter hoc grauissima
Via per infortunia,
Roma ter Augustissimum
Adibit Urbis Praesulem,
Hinc vela ventis lintea
Præbebit optatissimis,
Et nauigabit arduis
Aguas per altas æquoris.
Nec gurgitem vastissimum
Externus hospes deseret.
Redibit aut rursus domum
Donec suis iam singulis
Sit expiatus sordibus.*

COMMENTARIA.

1.

Quod superius capitulum de proditoribus
innuebat, id in sequenti hoc planius exprimi-
tur & confirmatur. Omnibus enim serio &
impe-

imperiosè Rex mandat, vt Reiniken, quem prius ignominiosè diffamauerant, & proderant, denuò omni honore & obseruantia prosequantur. Quamuis absurdum & stultum erat regem tam facilè reo variis & infinitis modis delato, antequam suam declararet integritatem & testimoniis confirmaret innocentiam, ignoscere. Quare nemo fortunæ inconstantia vnquam confidere debet,

*Que si quando & volet, fies de Rheore Consul,
Si & volet hac eadem, fies de consule Rheor.*

De peregrinatione Romana superius dictum satis arbitror. Noui quendam, qui bis homicidij reus factus pro interfectis vnum atq; alterum aureum nummum Romani detulit, tantasq; indulgentias inde secum reportauit, vt à nullo vnquam, licet Sacerdos foret, animarumq; curam gereret, ob cõmissa homicidia malè audierit. Porrò de iniquitate & perfidia Romani Pontificis extant Hutteni rythmi, ex Germanico idiomate sic latinitate à me donati:

*Venale ius, & gratiam
Habet supremus Pontifex
Christiq; partam flebili
Vendit salutem funere.
Maiora qui fert munera,
Maiora tollit premia.
Quare necis Vicarius,
Potest ve Christi clausger
Apto vocari nomine,
Christus nec auri pondera*

I 3

Requi-

II.
*Iustitia
Romana
exemplum*

Requirat aut pecunias,
Et vna nobis optima,
Præbetq; dona lactea:
Gratis ministrans omnia.
Et sponte cunctis imperat
Ad sempiternas optima
Nec fontis vndas currere.
Ipsi voluntas candida,
Vitæq; turpis sordida
Cor absq; labe sufficit,
Qui nostra mente crimina
Deleuit, & placabilem
Deum patrem mortalibus
Suo crimine reddidit.
Hæc sponte quamvis omnia
Christus benignus fecerit,
Ab omnibus tamen viris
Romanus aurum Pontifex,
Pecuniamq; flagitat.
Iam Romanum inuisda
Nos exuisset omnibus,
Ni res miseratus turbidas
Opem tulisset vtilem
Deus deorum maximus,
Iubarq; Verbi nobilis
Os extulisset aureum.
In astra quod certissimam
Viam recludit omnibus,
Per patris haud vestigia,
Vrbs quo superbit Romuli.
Vnius at per gratiam
Christi patet credentibus
Superna cæli ianua.

CAPVT XXX.

ARGVMENTVM.

*Carcere rex claudi Vulpis iubet ocyn. hostes,
Quos tenuis extulerat regius anie fauor.
Iudice sepe nocens absolvitur auctor iniquo,
Mortis Et innocuus fata dolenda subit.*



*Cum fama iam prænuntia
Diffunderet per compita,
Et nunciaret incolis
Omnes per Vrbes Regias,
Quod Reinike ficarius
Ex mortis atra faucibus,
In Regis optatissimam
Receptus esset gratiam,
Is hostibus Vulpecula
Non rumor acceptus fuit.
Omnes dolebant acrius,
At nullus Isengrimo,*

*Virgilius:
Fama ma-
lū quo non
aliud velo-
cius vllū,
Mobilitate
viget, vires-
que acqui-
rit eundo.
Folis timi-
ditas.*

I A

Vel

Velest Brunone tristior,
 Cui felis inquit territo:
 Si verarumior nuncia
 Per nostra sparsit oppida,
 Omnes perimus ilicet.
 Arborq; nobis omnibus
 Legetur ad suspendium,
 Si Regis illa gratiam
 Est consecuta maximi,
 Vbiq; tam Vu'pecula
 Omnis lapis movebitur,
 Ut ladere contumelijs,
 Iniurijsq; persequi
 Nos possit indignissimis.
 Hec ante lumen alterum
 Mihi suis fallacijs,
 Et abstulit praestigijs,
 Nec machinari desinet,
 Quousq; lumen alterum
 Et ipsa flammis exuat,
 Et caecitate puniat.

Tunc maestus sengrinius
 O summe, clamat, Iuppiter.
 Quis nunc salubre pharmacum,
 Et vtilem sententiam
 Nobis ministret omnibus?
 Quapropter ibant ocyus
 Ad Regis arcem splendidam,
 Coramq; Rege plurima
 Narrant recentioribus
 De fraudibus Vulpecula.
 Rex vota supplicantium

Lupus &
 Bruno quo
 dam rursus
 odio infla-
 mati de
 Vulpis in-
 iuria con-
 queruntur.

Contempsit, atq; respuit,
 Auresq; conquerentibus
 Præbere molles noluit.
 Omnesq; claudi carcere
 Iubebat obscurissimo.
 Non immemor tot criminum
 Recogitabat omnium
 Fraudes inexpiabiles,
 Quas falsa coram singulis
 Vulgauerat Vulpecula.
 Fortuna sic volubilis
 Vagatur, inconstantibus
 Obambulatq; passibus.
 Hæc antè quem depresserat,
 Nunc magna rerum Reinike
 Extollit ad fastigia,
 Tantamq; Regis gratiam
 Adfert, ut unus omnia
 Quæcunq; poscat, impetret.
 De pelle portiunculam
 Brunonis orans accipit,
 Cui literas inuolueret,
 Haberet atq; sicculum,
 Quali viator vititur.
 Post supplicabat fœmina,
 Leonis atq; coniugi,
 Tuusq; dicit optima
 Regina, dicor aduena.
 Necte latere suspicor,
 Quas ipse propter crimina
 Vias graues susceperim.
 Et hospites pauperrimos

Rex non
 vult accu-
 satores au-
 dire.

Fortuna in
 constantia.

Reinike à
 regina cal-
 ceos petit.

Scis indigere calceis.

Sed noster Isengrinius.

En calciatus optimis

Est quatuor peronibus.

Quos frigoris repellerem.

Geluq; vires frangerem.

His indigerem maximè:

Dariq; nobis postulo.

His tum nec Isengrinius,

Nec vxor eius vititur,

Qua rarius deambulat

Domiq; semper hareat.

Reginae re-
sponso.

Respondet vxor Regia.

Vitam licet cum corpore

Vel viriusq; postules,

Tibi dabuntur omnia.

Regina a-
git gratias
Reinike.

Regina vobis gratias

Habebo dicit Reinike,

Vel omnium dignissimas,

Quod nempe vita supplicem.

Donastis & peronibus.

Meaq; semper spondeo.

Orationis particeps,

Erisq; pœnitentiæ.

Iura hospi-
tium.

Nam iura poscunt hospitium

Qui nationes exter as

Ceu peruagantur aduenas,

Eos precationibus

Omnes suis includere,

Quos omnium fidissimas

Suis patronos partibus

Fuisse semper viderint.

COMMENTARIA.

Plurima cū in presenti, tum in duobus
 antecedentibus capitulis, dicenda hīc de in-
 finitis aulicorum essent incommōdis, sed de
 eis in sequentibus, nisi prius hoc vnum Reges
 & principes monuero ne adulatoribus faci-
 lē aures patentes præbeant. Præterea etiam *Serui prin-*
 serui, qui ~~aliena quadra victuri sunt admo-~~ *cipum in*
~~neantur exemplis, qui sint, & quales debeant~~ *aulis quo-*
~~se sub alieno imperio cōiutuq; gerere. Con-~~ *modo se ge-*
~~siderent etiam quod abiectissimi nonnun-~~ *rere de-*
~~quam, obscuroq; loco nati ad summos ma-~~ *beant.*
~~ximosq; honores euecti fuerint, inq; amplif-~~
~~simum gradum dignitatis collocati. Seneca~~ *Senec. lib.*
 quendam aulicum iniuriarum Palatinarum *2. de Ira.*
 patientissimum in cultu Regum consenuisse
 scribit. Qui cū ab aliquo rogaretur, quomo-
 do rarissimam rem in aula consecutus esset?
 Iniurias (inquit) accipiēdo, & gratias agen-
 do. Sic Ptolemæus rex Arati virtutem admi-
 ratas, ad se illum allexit, decreuitque in om-
 nibus vti adolescente. Exorti mox inuidi cri-
 minatum Aratum Regi omnino alienaue-
 runt. Amicitia enim Regum repentina sunt *Amicitia*
 amorisq; ardore subito accenduntur: sed ex *regū qua-*
 pugnari labefactariq; facile possunt, ait Plu- *lo sit.*
 tarch. Præterea gratia Principum, fauorque
 Regum nulli hereditario iure innascitur.
 Quod sequentes nostri confirmant versi-
 culi:

Regum potentum raris,

1 6

Apri-

*Aprilis est clementia,
Amorq; dulcis virginum.
Rosa voluptas candida,
Odorq; delectabilis,
Fallaxq; lusus tessera,
Hæc cuncta puncto temporis.
Mutantur in breuissimo.*

Fauor & inuidia, odium & gratia, fortuna
itē prospera & aduersa eadē circumuoluun-
tur rota, atque ambiguè nunc fursum, nunc
deorsum, nunc in medium, nunc in infimum
exagitantur locum. Quare omnes ita suo of-
ficio cor respondeant, vt facilem vrgente ne-
cessitate rationem reddere valeant.

CAPVT XXXI.

ARGVMENTVM.

*Rege iubente lupus per ones exiit vntos,
Quos gratis haud Vulpes induit absq; loco.
Principibus quisquis studio confidit inani,
Disce minas sortis, disce timere Nices.*

Malignus hospes Reinike
Dolis suis effecerat,
Vt Rex vtroque calceos
Lupo iuberet extrahi:
Eiusq; binos coniungi,
Scinditq; protiuunculas
De tristis vrsu pellibus,
Quæ cum teneret Reinike,
Suos in hostes in super
Ab ore mordax talia
Mox enomif conuittia:

*Amiculi pulcherrimi,
Hostes sed implacabiles:
Vestrum bonum qui spernitis
Et deuouetis Reiniken.
Quid cogitetis, dicite:*

Reinike in
dutus exu-
uiis hostiū,
ipsis insu-
per illudit.



*Vestris quod uti calceis
Nunc cogar et peronibus?
Promitto certè singulis,
Meas quod indulgentias
Sic vniuersas partiar,
Vt possit esse particeps
Protectionis vtilis:
Quicumq; stirpe de mea
Et ortus est origine.
Dolentis Isengrinij
Vxor vocata Giremut,
Nam conticere nesciunt
Passim loquaces fœmina,
Tumultuosa Reinikes*

Amara il-
lusio.

Vxor lupi
ad cōiucia
Reinikes
respondet.

Respondet ad conuitia.

*Deus, precor, ter Maximus
Has puuiat fallacias,
Tuasq; contumelias,
Quibus cruentas omnia.*

*Lupus tacebat anxius
Nec musitabat amplius
Dolore plenus aspero,
Constrictus arcta compede,
Grauiq; leesus vulnere.*

Lupus &
Bruno gra-
uissime à
vulpe vexā
tur, nec re-
spondere
audent.

*Nec rursus ausus tum fuit.
Mutire contra Reiniken.
Quamuis eum procacibus
Iniuriosis, improbis,
Et prorsus insolentibus
Incesseret dicterijs
Si felis hic ex squalido
Præsens fuisset carcere,
Hunc cantionem Reinikes
Et cantitare cum suis
Coactus esset fratribus.*

COMMENTARIA.

*Multa pri-
us, si vis
vincere, di-
sce pati.*

Facile hic Lector diligens animaduertit, neminem in summo rerum omnium discrimine cōstitutum à probris & scommatibus, quæ inimici & hostes in eum iaceant, immunem esse. Interim autē homini prudenti conuenit, multa superando ferre, & dissimulando graues illas animi misérias, quibus circūdatur, euincere. Quo enim erga inimicos nostros fortunaq; impetus intolerantiores fuerimus,

rimus, tãto magis ab omnibus deridebimur.
 Quæ res acrius animum, quàm ceteræ omnes
 iniuriæ, penetrare & mordere solet.

Quod in tribus prioribus capitulis autor
 huius libri innuit, illud ipsum in hoc præsen-
 ti rursus aulicis inculcare cogitat: Ne princi-
 pum clementiæ, aut favori nimium confida-
 mus, néve maiora quam par est potentia do-
 minioq; nostro tribuamus, atq; ita nulla yr-
 gente necessitate, aut dominorum ad id com-
 pellente vtilitate, nobis quamplurimorum
 odium, inuidiamq; cõstemus acerbissimam.
 Sed de his intelligenti dixisse sufficiat.

CAPVT XXXII.

ARGVMENTVM.

*Mysta & aser Satana & Vulpem commendat eun-
 tem*

Ad loca Romani relligiosa patris.

Mille sacerdotes hoc inueniuntur in euo,

Cuncta solent animo qui simul ante loqui.

Sed luce fulgens altera,
 Aurora cum rubesceret:
 Profectiõni separat,
 Et illi pinguedinem
 Peronibus Vulpecula,
 Quos hostibus detraxerat
 Conclauẽ posthac regium:
 Ingressus inquit talia:
 Nunc ex tua prouincia
 Rex cogito discedere.
 Quapropter obnixè rogo:

Reinike vn-
 git calceos
 tuos.

Reinike re-
 gem allo-
 quitur, &
 benedictio-
 nem à Sa-
 cerdote si-
 bi dari po-
 stulat.

Finit

Tuus Sacerdos ut mihi
 Verbis eunti prosperis
 Viam precetur etilem,
 Impertiatq; gratiam,
 Acerba ne fors accidat.
 Id imperaret illico

Sacerdos
 benedictio
 nem excō-
 municato
 dare recu-
 sat.

Cum Rex, Sacerdos respuit,
 Causatur atq; Praesulis
 Quod lex vetet scario,
 Et separato de pio
 Fidelium consortio,
 Quicquam precari prosperi.

Cogitur à
 Rege facer-
 dos.

Rex inquit, ad me Praesulis
 Quid error aut insaniat
 Audisne quod Vulpecula
 Adire Romam cogitet,
 Pravamq; consuetudinem
 Emendet, atq; corrigat?
 Quare Sacerdos protinus
 Mandata nostra perfice.
 Regis minister publicus
 Libros reuoluit abditos,
 Viamq; Sulpitalibus
 Verbis precatur prosperam:
 Impostor improbisime
 Nequamq; peruersissime
 Vel omnium deterrimo
 Commendo te Diabolo.

COMMENTARIA.

Suprà etiam profectiois Romanæ men-
 tio facta est. Cæterū in hoc capitulo arguun-
 tur

tur & taxantur concionatores, qui Dei ministros cum agere velint & debeant, tamen potentiam hominum plus, quam Dei grauissimum iudicium reformidant & expauescunt. Sed dum modò annuos prouentus accipiant, stipendiisque ornentur splendidis, ad cuiusuis etiam dementissimi hominis choreas & libidinem canere non erubescunt. Vir quidam magni nominis cum Parochum illius, cuius ipse dominus erat, pagi conuenisset, seruo quoque & fraternè admonuisset, ut relicto tandem missæ sacrificio, reliquisque quibus abuteretur ritibus, cœnam iuxta ipsius auctoris filij Dei institutionem, sub vtraque specie administraret, Psalmosque, quibus ieiuna & misera plebecula ad veram deuotionem & obseruantiam diuinæ maiestatis inflammaretur, publicè in Ecclesia cantaret, relictoque vulgari scorto, honestam in matrimonium duceret uxorem, Populo rudi Decalogum, Symbolum Apostolicum, orationem Dominicam, vsum Baptismi reliquorumque sacramentorum concederet, crebriusque iterando in iuniores præcipuè infunderet, Denique fictis illis & commenticiis sublatis fabulis purum & simplicem Euangelij textum candidè interpretaretur: Sine vlla mora respondit sacerdos iste, Cum hanc tuam mentem esse cognoscama mi Domine, id facere haud renuo, quin imò omnia pro tuo arbitratu exequi paratus sum. Facetè, lepidè, laute respõsum, nihil suprà. Sic enim inter Pontifi-

Historia de quodã Parocho.

vt Paulus docet 1. Corinth 1. Sacrament 1. ad Tim 3

tifi-

tificios vsu uenire solet, vt plerunque concionatores ad uoluntatem Episcoporum suorum vultum & sermonem commutent. Verum quam seueram cum ab ipsis praesulibus, tum ministris factorum dictorumque omnium Deus in nouissimo die rationem sit repetiturus, Scriptura hinc inde multis in locis dilucidè admodum declarat. Deo potissimum inseruire debebat, verum illi magis suis commodis, ventris voluptatibus, Sathanaeque operam nouant assiduam. Verum aeternus Deus mercedè laborum ipsis tribuet dignissimam, ouiumque sanguinem innocentem è manibus talium luporum postulabit. Nec stultitiae suae & impietatis excusationem aut satisfactionem vllam inuenient, licet se vi humana ad id compulsos, singularique Dominorum consilio inductos fuisse ostenderint. Consultor & transgressor pares sceleris exoluent poenas. Hic quicumque aures audiendi habes, audias, & intellectum intelligendi, intelligas. Sin autem tuas facultates, annuosque proventus, tuæ ipsius saluti, ouiumque tuarum commodo, imò & sempiternæ beatitudini anteponis, praestabilioresque putas: aut Episcopi tui indignationem maioris, quam Dei omnipotentis iram damnationemque formidabilem facis, atque aestimas: Agè serue nequam & infidelis, apage te hinc in obscurissimas Auerni tenebras, faucesque inferni profundissimas. Quamobrem iam singuli officio suo satisfacere debebant, eaque doce-

Diuitia frugiles anima salutem non sunt praferenda

Adhortatur ad penitentiam.

docere, quæ veritati consentanea, in primisq; Deo accepta esse certò scirèt. Magistratus autem, qui hætenus concionatoribus, vt Christo abnegato, verbum Dei fallaciter adulterarent, scripturamq; vt dicitur, ~~caro naso~~ *caro naso* suspensam tornarent, causam præbuit, contraque veritatem concionari coëgit, suam & ipse in terribili illo die, quando cœli & terra commouebuntur, horrendi iudicij audiet sententiam, cum nimirum formidolosissimus ille iudex dicet: Age, quandoquidem tua potentia & potestate, quam tibi in gratiam meam *Sententia* augendæ dignitatis, recteque imperandi, iudicis aduerdicandi, moderandique Rempubl. tradidisti *Supremi iudicis aduersus Magistratum* malitiosè & nefariè abusus es, & non solum plurimos ad pessimè agendum compuleris, verum etiam flagitiosis exemplis ad inferos præcipitatos, aternis suppliciis viuos *impium.* mortuosque mactaueris: Vade nunc, omni que cum impetu in tartara irruere, machinisve ad motis ea expugna, tuosq; fideles ministros expulsos eripe, imò ipsis asside, voluntatemque mutuam, societatem, memoremq; presta beneuolentiã, in sempiternis angustiis, doloribusq; constitutus infinitis. Hæc tibi, tuisq; debetur merces. Prætereà de Episcoporum concionatorumque officiis plurima hic commemoranda & inferenda essent, verum ipsi oēs paternas castigationes, fidasq; admonitiones velut anserum clamores respuunt & floccipendunt. Imò nec cœlum, nec Tartara, nec Christi aduētum, aut horribile iudicium credunt,

Cacitas E- credunt, aliàs tam oscitantes, desides, negli-
piscoporū. gences atque socordes in pietatis singuli of-
 ficio non inuenirentur. Sed alterum nimi-
 rum ipsis voluptas exitiosa, alterum honor
 fragilis & caducus eripuit oculum, vt animi
 acies cæcata erroribus, falsisque mundi ille-
 cebris, beatitatem illam cœli gloriosam nec
 videre, nec æstimare possit, sed
 mortalium spes sempiternis illis
 gaudiis. De quibus iam abunde satis, in par-
 ticularissimorum virorum voluminibus tracta-
 tum fuit.

CAPVT XXXIII.

ARGVMENTVM.

*Innumeris comitata feris, Vulpecula tandem
 More viatoris carpit egentis iter.
 Turpib. hoc vitæ quicunq; grauat in auro,
 Sortis ab abuersa turbine liber abit.*

VT expediuit omnia:
 Premit dolorem pectore,
 Metusq; fingit conscios,
 Et orat inde bestias,
 Profanitate corporis,
 Nec non via successibus,
 Apud beatitudinem

Reinike Vt sempiterni numinis
 pro succes- Dignentur intercedere.
 su itineris, Tum Rex ait, Vulpecula
 reliquarū Maturitas quid denotat,
 bestiarum Et tanta festinatio?
 vota implo Rex dicit illa, maxime,
 rat.

Qui

Qui factitare vult bonum,
Et sanctiorem pœnitens

Qui nō est
hodie cras
minus a-
ptus erit.



Vitam sequi desiderat,
Non præterire lubrica
Permittat illa tempora,
Sed congerendis fructibus
Et rebus instet cœlicis:
Opusq; felix urgeat:
Neforsan absq; commodo,
Fugacis anni mobilem
Horam vel vnam conterat,
Quapropter illustrissime
Profectionis & lumen
Concede Rex licentiam.
Id executus ocys,
Mandat feris Rex omnibus,
Ut consequantur Reiniken,
Tam pœnitente cum viro
Et ante portas ambulent.

In iura ventum cum fuit:

O Rex aut Vulpecula:

Constringe quam durissimis

Vrsum, lupumq; Vinculis.

Sic carcerem perumperent

Actum salute de mea

Foret quod vnicè scio.

Sic inquit atq; singulis

Relinquit vltimum vale.

Dolore capti Reinikes,

Dolisq; versutissimis,

Ramboc sacerdos, paruulus

Lepusculusq; comitant,

Sequuntur atq; Reiniken

Ad limen aulae patriae.

Ramboc &
Lampusad
domū pro-
priā comi-
tantur Rei
niken.

COMMENTARIA.

Hypocrita

rū simula-

ta & fucosa

sa probita-

ris species.

Deus deci-

pi non po-

test.

130

Hoc capitulum redarguit simulatores & malitiosos illos hypocritas, quorum animi sub fucata quadam pietatis umbra extrinsecus candidi simplices, poenitentesq; apparēt: at intus veneno & felle suffusi, auaritia, inuidia, odioq; abominabili polluti deformantur. Ex quorum grege Reiniken hunc esse, caetera non sine vitæ discrimine extremo, ac dimicatione fortunæ, animalia experiuntur. Hac simulata & fucosa probitaris specie homines quidem facilè, verùm Deus nullo pacto, qui intima cordis sensa rimatur, falli atq; defraudari poterit.

Notantur ij, qui exemplo huius Reinikes, scele-

sceleratas ad Deum preces & nefaria effundunt vota, Deum quodammodo pro ludibrio rē aut leuitia & temeritatis suae luunt poenas. Nimirū in rebus arduis, & maximis angustiis, cum serio Deum orant atq; obsecrant, similiter & ipsi ludificantur, ne vllō vnquam exaudiūtur tempore. Quare eleganter & sanctē Heflus noster lufit:

(in Salom. Ecclesiast.)

Sacra salutiferi subiturus limina templi,
 Ne tuus incipiat pes titubare caue.
 Et dociles adhibe dictis presentibus aures,
 Gratioꝝ est ipsi victima nulla Deo.
 Grata Deo non sunt pingues holocausta per a-
 ras,
 Nec sacra quae stulti persoluere manus.
 Cumq; Deum timida venerabere voce preca-
 tus.
 Hunc te audire, tibi hūc semper adesse pura,
 Huic ne diuinas multis oneraueris iures
 Vocibus, immodicas non amat ille preces.
 Nam qui nulla suis precibus moderamina po-
 nunt,
 Aut raro, aut nunquā quod petiere, ferū.
 Ante Deum quis enim capiat facundiss ha-
 beri,
 Aut nimia inflato guttore Verba loquit?
 Ipse etenim caeli solio sublimis ab alto,
 Omnia caelesti lumine nostra videt.

Utq;

Utque videt, sic quæ gerimus Deus omnia no-
uit,

Qua ratione huic tu garrulus esse voles?
Sicut enim nimia gignunt in somnia cura,
Sic adimunt precibus plurima Verba fidem.
Si tamē orando quicquam promiseris, ipsum
Absq; mora studeas per soluisse vide.
Nec tanquam insipiens promittere multa pa-
ratus,

Hac ipsa offendas conditione Deum,

CAPVT XXXIIII.

ARGVMENTVM.

Bellinus expectat foris ante palatia, Vulpes
Dum natis Lampum mactat in arce suis,
Tuta fides toto nusquam reperitur in orbe,
Cunctaq; perfidia sunt violata graui.



Cum venit ante ianuam
Arcis paternæ Remike,

In atrium lepuseulum
 Repentè ducens, ostium
 Sublimis ante regia
 Iubet manere Bellinum.
 At Vulpis Vxor Ermele
 Postquam martum Reinike
 Tectum galero conspicit
 Quod & bacillum conferat,
 (Ut portat is longinquus,
 Qui nauigare per mare
 Vel ambulare cogitat.)
 Percussare nouissima,
 Mox sciscitatur anxia,
 Vestitus iste quid velit.
 Respondet ergo Reinike:
 Arege captus maximo,
 Eram ligatus vinculis:
 Tamen meis prestigijs
 Regis fauorem callidè
 Et aucupabar gratiam
 Ut liberum dimitteret,
 Mihiq; pœnitentiam
 Iniungeret leuissimam.
 In veste tali scilicet
 Romam viator ambulem
 Pro me spondit cum lupo,
 Et obligatus est Bruno.
 Rex in super piissimus
 Donauit hunc lepuseulum,
 Eum neci dimittere
 Cuicunq; nobis per placet.
 Dixitq; perfidissimus

I.
 Lâpus cum
 vulpe arcẽ
 ingreditur.

Reinike
 tanquã pro
 diuorem
 Lampi pœ
 na mortis
 dignum in
 dicat.

R

Quod

Quod is sit ille proditor,
 Qui me meosq; tradidit.
 Quapropter ipse iudice
 Me morte dignus est truci.

Postquam stupore territus
 Audiret hęc lepusculus,
 Cursu pedum celerrimo
 Cupit salutem quarere.

Fugam molitur Lampus quem
 cōprehensum Reinike
 occidit. Manu sed illum corripit,
 Latro cruentus Reinike,
 Et inuocantem Bellum
 Opem supremam strangulat,
 Durisq; colla fauciat,
 Demordet atq; dentibus.

Atq; coniunx optima,
 Et liberi charissimi,
 Quin ocyus consumitis
 Voratis & lepusculum?
 Vltus graues iniurias
 Ab hostibus durissimis
 Pœnas recepi & iudices,
 Ut conuenit Vulpecula.

Expiscatur Super Brunone plurima
 Vxor quomodo hostium eua-
 ferit potentiam. Et querit Isengrino,
 Atque, dicitur Vir Guice,
 Quibus dolis aut machinis
 Nunc hostium minacium
 Euaferis potentiam.

Ecquid nauare me cupis,
 aut dolorem Reinike?
 Prius dies defecerit,

Quanto

Quam mille tot Vanissimas
Recenseam fallacias:

Hæc colla circum carnifex
Rostri ligarat maximum.

Dolo tamen mirabili
Sum mortis è periculo
Ereptus indignissimo.

Cretensibus mendacior
locatus impudentibus
Anilibusq; fabulis:

Delira tot mendacia,
Nugasq; commentitias

In omnium præsentia
Effutebam Principum.

Miratus Et sim maxime
Quod Iuppiter me fulmine
Ad Inferos nec egerit,

Nec arx ruinam flebilem
Conuulsa Regis traxerit.

Sermocinabar maximum
Quod pondus auri nobilis,
Midaq; Gazis æmulas,

Loco sepultas abdito
Congesserim pecunias,

Et has libenter maximo
Regi daturus offeram.

Qui cum profectus in locum
Denominatum venerit

Et se meris præstigij
Mendacibusq; fabulis

Sic esse lusum viderit:
Et innocentem senserit

Narrat vxori
quibus è
manu Re-
gis emerse
rit falla-
ciis.

K 2

Necesse

*Necasse me lepusculum,
 Profecto fraudes omnibus
 Meus parabit maximas
 Et duriore, quàm prius
 Pœnas luam suspendio:*

II.
 Reinike fi-
 bi male cõ-
 sciis locũ
 cum vxore
 sibi comu-
 randum ex
 imitat.
 Descriptio
 & Encomi-
 um Sueuię.

*Quare petamus Sueniam,
 Quę terra plena fructibus
 Est omnium dulcissimis.
 Hic anseres aquatiles,
 Gallosq; gallinaceos:
 Cum gemmeis pavonibus,
 Cuniculisq; paruulis
 Per arua cernes ludere.
 Cum dactylis amygdala,
 Legesq; ficus cœrulas.
 Hic insculis frequentibus,
 Bonisq; vesce piscibus
 Licebit, & farcimina
 Vorare semper pingua.
 His perfruebar ordinis
 Chartusiani cum forem,
 Si poscis ergo tutior
 In pace coniunx viuere,
 Tuis fugam cum liberis
 Periculosum suscipe.*

Consilium
 & propo-
 situm Reini-
 kes vxor
 tum mope-
 re dissua-
 det.

*Tunc illa, vir charissime
 Non istud, inquit, consulo,
 Vt deseramus omnibus
 Cum rebus arcem patriam,
 Et nunc petamus hospites
 Ignota rura mobiles,
 Vbi superba rusticis*

Nudis egestas imperat,
 Non patria grauisſimam
 Ignobili dulcedinem
 Mutare terra conuenit,
 Hic uiuitur securius:
 Quod noſtra ſi moleſtior
 Rex obſidere mœnia
 Conetur, aut ſubuertere,
 Hanc fulciemus tanuam,
 Seraq; poſtes ferrea.
 Ferroq; decertabimus.

Non ille victor impius
 Impune nos calcauerit:
 Arx noſtra plena flexibus
 Ambagibusq; plurimis
 Abundat obſcuriſſimis,
 Vt error huius Regia
 Sit hic inextricabilis,
 Latere tuto poſſumus.

III.

Ne qua ſo, dicit Reinike
 Angaris vxor optima.
 In vrbe quondam proxima
 Prudens mihi vir dixerat:
 In verba quiſquis impia
 Iurare lingua cogitur:
 Illud Deum ter maximum
 Odiſſe ceu periurium.
 Quæ vera ſi ſunt, tutius
 In patria manebimus,
 Nihilq; Roma perdidit:
 Multas quid vrbes proderit
 Erroribus ſi compleam

IIII.

Coactū iu-
 ramentum
 Deo diſpli-
 cet.

K 3

Et

*Et corporis pericula,
Rerumq; tot discrimina
Nullis necessitatibus
Inops feram cogentibus?*

*Astutia sue
confidit
Reinike.*

V.

*Quod arma si Rex inferat,
Et castra nostra subruat:
Excogitabo machinam,
Qua rursus huic oppedera
Barbamq; possim vellere.*

COMMENTARIA.

Admonet, quod praua & vitiosa sint maximè deuitanda consortia, nec vlli, qui semel malitiosus & fallax repertus est, fides adhibenda. Præcipuè autem illi, quem tibi ante hac aduersariū & capitalem animaduertisti inimicum, Quare in primis cauendum est, ne mellitis improborū hominum blandiloquijs se quis seduci patiatur, vt eorum, de quibus nūquam virtutis aut honestatis integra mentio facta est, familiaritate vtatur.

Periculosam esse assiduam loci commutationem, præsertim illi, qui in honesta & tolerabili cōstitutus conditione, ea quæ ad vsum quotidianæ vitæ requiruntur, sufficienter habet. Vetus enim apud Germanos extat pro- uerbum, ita à me Latinitate donatum nimis quæ mihi verè cognitum.

*Quæcunque mundi per loca
Egens Viator ambulat:
Vb que fraudes hospitum
Spectabis admirabiles:*

Cibi

*Cibi nec & illa portio
Gratū tibi donabitur.
Et ni crumenam conferas
Auri refertam pondere,
Vbiq; contemptissimus
lacebis ante ianuam.*

Quare nunc in hunc, nūc in alterum proficisci locum difficile est, nec angustiis, vitæq; extremis caret periculis. Maneat igitur quem fatalis non compellit abire necessitas, talemque se erga omnes exhibeat, ut amari & tolerari à quouis possit. Præterea etiam suum diligenter exequatur munus, Deoque se consecrans neminem damno, incommodo aut iniuria afficiat ignominiosa. Et sic nunquam egestate compulsus panem ostiatim quæret. Attamen nemo facultatibus ita addictus erit, ut propter eas vitam suam in discrimen vocet. Vita enim longè antecellit opibus.

Dementissimum esse aduersus fortiorem & potentiorē insurgere aut bellum capessere, cum enim formidolosum sit cum pari decertare, eumq; sibi subiicere, quid quæso is præstiterit, qui impar hosti suo animi magnitudine, viriumque potentia non aliter atque musca vel culex Camelo ingenti assimilari & conferri potest. Porro quomodo in pace omnia floreant, bello verò collabantur, supra satis ostendimus.

Nemo tantam spem & fiduciam, in arce vel castro, licet munitissimum sit, & inexpugnabile

III.
Periculosū
est aduer-
sus poten-
tiores in-
surgere.

IIII.

bile videatur, collocare debet, vt potentioram ad arma irritare, bellumq; gerendum prouocare connitatur. Tot enim fraudes excogitantur, tot machinae adhibentur. Tot proditores, tot exploratores, praestigiatores iam inueniuntur, vt nulla arx tam praecipua & excelsa, nulla tam profundis vrbs fossis aggeribusq; circumdata, in orbe terrarum appareat, quae non incursionibus aliisq; militaribus consiliis expugnari & diripi possit. Et licet potentiores nobis nonnunquam parum fortunae habeant, & cum militum rerum pecuniarum aliarumq; rerum suarum iacturam faciant, ab illorum tamen partibus quis non stare malit? Etiam si enim plus detrimenti damniq; quam nos illis longè inferiores acceperimus, perpessi sint, abundanter nihilominus ipsis omnia, quae ad victum, familiamque alendam exquiruntur, supersunt. Nos verò cum suppellectilem illam, quam valde exiguam curtamq; habemus, amiserimus, pro pauperiores manus aratro applicare cogimur.

V.
*Psalm. 51.
 Quid gloriaris in
 malitia,
 qui potens
 es in iniquitate?*

Nemo iuxta Dauidis admonitionem in malitia sua gloriari, aut superbire debet, Praestet cum ipsa Fortuna nihil inconstantius, aut fallacius inueniatur, neq; quisquam mortalium sciat, quam diu consistat, aut eodem loco perduret. Praeterea vix aliquis in rerum natura tam fortis, ingeniosus, audax, doctus, versutus, prudensq; inuenitur, aut viuit, qui non similem, aut inuentis suis longè excellentiorem habere possit.

*Bellinus ante fores occlusas, temporis gloria
 Pollicitas Lampum dicit abesse moras.
 Huic ita se dictis vulpecula purgat iniquis,
 Humanos supra mirer et ista dolos.*



IN arcis atrotimine
 Stans operitur Bellinus,
 Et nominat lepusculum,
 Mora quousq; desidis
 Hic damna, clamat, perferam?
 Si certa stat sententia
 Totum manendi per diem
 Domum reuertar ad meam.
 Id audsens Vulpecula:
 Relinquit arcem protinus,
 Tibique, dicit, Belline
 Renunciat lepusculus:

Bellinus
 morā Lam-
 pi increpat

Vulpes cun
 Qationem
 Lampi ex-
 cufat.

*Si forſitan moleſtior
 Hæc fiat expectatio,
 In pace pergas quo lubet.
 Exultat ille cum meis
 Latatur atq; liberis,
 Et noſtra ſumptuoſius
 Nunc vxor huic conuuiunt
 Parauit, ire non poteſt,
 Sed clamor inquit Bellinus.
 Quid denotabat flebilis
 Ad & ſq; ſparſus ſidera,
 Quod inuocaret lachrymans
 Opem meam lepusculus?*

Callidè re-
 mouet à ſe
 ſuſpicionē
 Reinike.

*Reſpondet audax Reinike
 Caſus renarro dum meos,
 Et conuigi denuncio,
 Quod arua per Neptunia
 Mox nauigare cogitem,
 Incepit heu procumbere
 Proſtrata fuſis crinibus,
 Et morte ſenſus ponere
 Optauit omnes efferre:
 Amens dolore maximo
 Cùm vidit hoc lepusculus,*

Bellinus
 veretur, ne
 quid cla-
 mor Lam-
 pi adportet
 mali.

De cro-
 ne vide Chi
 liad. Eraſ.

*Dilecte, clamat, Belline
 Opem fer atq; ſubueni:
 Ne Parca trux & impiæ
 Meam ſcrorem deleat.
 Qua dicis, inquit Bellinus
 Credam libenter omnia:
 Sed pertimeſcens auguror,
 Quod clamor iſte maximus*

Secum

Secum mali quod adferet.

*Affirmo, dicit Reinike:
Crotone quod salubrior
Et pisce sit lepuscus,
Illius atq; gratia
Non ipsemet periculum
Quoduis recusem perpeti.*

COMMENTARIA.

Quæ perfidia infidelitasque inter nostros
hodie regnet & dominetur passim Cyclopa
facile iam subsequentes nostri apertius o-
stendunt.

*Quod omne crimen horridum
In orbe regnet ultimo,
Liuoris in sanissimi
Effecit infidelitas,
Nam lumen alter alteri
Sic inuidet spirabile,
Ut proximum felicibus
Frui veter successibus:
Fortuna si quem prosperis
Beet benigna vultibus,
Illius ante ianuam
Mox ater osor excubat,
Omnesq; fraudes applicat
Blanditur horis omnibus,
Rudem quousq; decipit,
Bonumq; sortis abstrahit.
Verbisq; blandientibus
Explorat, hunc & hinc rogat,
Secreta donec omnia*

*Invidia Si-
culi non in-
uenere Ty-
ranni.
Maius tor-
mentum.*

Rimetur atq; pectoris
 Commissa norit intimi.
 Hinc vnde cunq; cognitum
 Calumniator, deuouet,
 Et ore mordet improbo
 Leih. alis vtrq; Scorpio
 Ictulati vulnerat
 Plenamq; pestilentia
 Non ante linguam suppressit,
 Quousq; coram singulis
 Effecit execrabilem.
 Hic fructus infidelium
 Nuncquastus est vberimus.

CAPVT XXXVI.

ARGVMENTVM.

Insatum sacco caput heu miserabile Lampi,
 Fert simplex Regis Bellinus antepedes.
 Dumq; putat se ferre datas à Vulpe tabellas
 Fert sibi perniciem nescius ipse suam.

Cvm Bellino Vulpecula
 Astuta pergit colloqui,
 Scis nocte dicit altera,
 Quod ipse regiliteras
 Promiserim transmittere,
 Quas oro tecum deferas:
 Nam Regis ex negotio
 Hoc consequere gratiam.
 Amice, dicit Bellinus,
 Id quicquid est negotij
 Peregerim lubentius,
 Crumena nobis si foras

Reinike
 committit
 Bellino E-
 pistolium,
 regi offe-
 rendum.

Cui literas inuoluerem,
 Tunc ocycus fallaciam
 Excogitabat Reinike,
 En de Brunonis pellibus
 Donabo portuunculam:
 Hanc optime custodies
 Epistolam, ne turbida
 Rumpatur Austri viribus,
 Illam vel imber hauriat:
 Tantum caueo Belline,
 Ne literarum forsitan
 Arcana soluas vincula,
 Secreta Regis omnia,
 Res seriasq; continent.
 Hæc dicit, inde Reinike
 Intrabat in palatium,
 Caputq; mox lepusculi
 Inuoluit vrsi pellibus,
 Imponit atq; Bellino.
 Atq; si curaueris
 Has diligenter literas,
 Epistolamq; dixeris
 Sua fore quod te scripserim:
 Consecta miris artibus
 Qua spirat eloquentiam,
 Et Atticam facundiam,
 Regis fauorem maximum
 In te, tuosq; colliges.
 Quin & tuam prudentiam
 Rex ipse demirabitur
 Et te deosculabitur.

Hæc verba postquam Reinikes

R 7

Astutia mī
 ra Reinike
 indolis ex-
 cogitandis

Reinike
 pro literis
 caput occi-
 si Lāpi Bru-
 nonis in-
 uoluit pel-
 libus.

Ab utilita-
 te cōmen-
 dat Bellino
 negotium.

Audi-

II.

Rex eū fac- *Audiret optatissima*
 culū quem *Mox concipit spem Bellinus*
 Vulpi Ro- *Volatq; cursu prapete,*
 mam profi *Ve circiter crepusculum*
 cisci volen *Noctem ferentis Hesperii,*
 ti donauē- *Subiret aulam regiam.*
 rat Bellino *Cum Bellinum Rex conspiciat,*
 impositum *Dic inquit istius noua*
 conspiciat, *Qua causa sit Tragedia*
 admiratur. *Quod sacculum Vulpecula*
Peramq; rursus adferas?

III.

Simplex *Rex magne, dicit Bellinus*
 Bellini ex- *Proiure coniunctissima*
 cusatio. *Sodalitatis mutuo,*
 Bellinus *Id flagitant Reinike,*
 fraudis in- *Vt Rex tibi facundiam*
 scias sei- *Istas olentes Atticam*
 psium reum *Transferre vellem literas,*
 efficit & o- *Quas pellis arcta continet,*
 re proprio *Nam me iubente Reinike*
 condēnat. *Non absq; summa viribus*
 Rex sinistri *Confecit eloquentia:*
 quidpiam *Ex his acumen nobile*
 suspicans *Sagaxq; mentis erues.*
 torue intue *Rex angue quouis fauidus*
 tur Bellinū

III.

Castor feri *Mox intuetur Bellinum:*
 ba Regius *Suosq; mittit ocyus*
 vt literas *Ad Castorem satellites.*
 Reinikes *(Is scriba Regis optimus*
 aperiat, ad- *In arduis negotijs*
 vocatur. *Eratq; Cancellarius)*
Epistolam qui sedulo

Exoluat

*Exoluat istam Bellini,
Summaq; cura perlegat.
Hic est malorum grandium
Exorta grandis Ilias.*

COMMENTARIA.

Quàm periculosum sit quasuis epistolas, præcipuè ad viros principes & magnificos cōscriptas, recipere. Sæpè enim vsuuenit, vt in eis huiusmodi contineantur, quæ plus damni incommodiq; quàm emolumenti tibi parturiant. Potest & fieri vt tanti ponderis sint, si eas fortè amitteres, aut constituto tempore non offerres, grauissima interdum inde erumpat tempestas, tibiq; tanquam omnis doli fabricatori multa accumulèt infortunia. Quãobrem homo sapiens literarum in negotiis suscipiendis sibi benè prospiciat & caueat, nec cuiuis epistolam res serias arcanasque continentem temerè committat. Horribilia enim & formidolosissima quæque per literas conficiuntur.

Quod dementissimi meritò omnes ij vocandi sint, qui se earum rerum, quarum neq; *Incognitò* principium, medium aut finem perspectum *Et peregrinò* habent, participes facere audent. Quãobrem, *nis non o-* siue quis scribat, siue loquatur aut aggredia- *portet se* tur aliquid, tu repertòri suo, quicquid id fue- *immiscere* rit, soli perficiendum relinque. Si malè dein- *negotijs,* de rē confecerit, tibi quod imputari possit, reliquū nihil est. Sin benè & dextrè munus suū compleuerit, ex illo tibi exēpla ad imitandum pro-

pro-

propone, quin & ipse ad illustre tale aliquod negotium, vnde gloriã adipiscaris eximiam, cõficiendũ magno conatu studioq; adnitere.

II.
*Ambitio
est miser-
rima.*

Quã detestabilis & perniciofa sit ambitio, honorumq; miserrima cõtentio. Bellinus hãc ob epistolam à vulpe acceptam quã ingeniosè & eruditè confectam arbitrabatur, non modò à rege gratiam consecuturum, verùm etiam splendidum aliquod munus se aucupaturum planè confidit. Quam tamen pro salũtari conscriptam, perniciosissimam sibi, imò mortiferam, nimis serò, postea experitur. Quamobrem nemo vnquã se præstantiorem, quã ipsa re probare possit, iudicare aut prædicare debet: Sed illa potiùs consuetudine exercitationeq; vtatur, quam gloriôsè ad finem perducere possit.

III.
*Functio cã
cellarij nõ
cuius ido-
nea est.
Quid ad of-
ficium can-
cellarij pro-
priè requi-
ratur.*

Quod non cuius functio cancellarij conueniat, quare nemo molestis operosisq; eiusmodi negotiis, quibus nec dignus nec idoneus est, se implicari patiatur. Ad tantum enim onus plus, quam literas exarare & cognoscere posse requiritur. Oportet enim hunc singularem cum industria iudicioque grauissimo singula in scribendis literis ponderare verba, tum ad interrogata scriptaque omnia acutè arguteq; respondere, interdum etiam occultis quibusdam maledicta improborum floculis pingere & refutare. Deniq; singulas res ita illuminare, collustrare & ornare, vt & sui principis honorem tueatur, & Reip. commoda modis omnibus promoueat. Fideli atque

eru-

erudito Cancellario & Princeps & ipsa Res. *Fidelis & eruditus*
 pub. nihil habent præstantius, tanto enim *cancellarius*
 susceptarum rerum onere is premitur, vt pō- *nullo auro*
 dus AEtna grauius molestiusq; sustinere vi- *persolui*
 deatur: Imò totius sæpenuero Prouinciæ *potest.*
 salus atq; exitiū in eo consistat & recumbat.

CAPVT XXXVII.

ARGVMENTVM.

Bellinus aduersis hic traditur hostibus & Rex
Sarcinulis Lampi vidit inesse caput.
Hæc obdurata sunt debita premia mentis,
Hæc tumida merces ambitionis erat.

CVM Rege coram Bellini
 Resolueretur sacculus,
 Apparet atro sanguinis
 Taboq; squallens lurido
 Mollis caput lepusculi.

Tum bilis est acerrimè
 Furore tactus noxio,
 Et astra Rex rugitibus
 Compleuit indignissimis,
 Ceu mentis ad dementiam
 Redactus esset & ultimam.

De stirpe natus regij
 Tum Pardus inquit sanguinis
 Quid Rex dolorem luctibus
 Testuris in sanabilem?
 Acerba quid suspiria,
 Ceu mollis edis fæmina?
 Non cōmoueri Principem
 Ob viliores conuenit

Rex aperto
 sacculo
 Lampi ca-
 put cum vi-
 det, Belli-
 no graui-
 ter irasci-
 tur & suc-
 censet.

Pardus Re-
 gem iratū
 demulcet
 & consola-
 tur.

Res

Hestus in *Res hostis abiectissimi:*
 Psal. Ira a- *Quin tu ferarum maximus*
 nime mors *Absconditas Vulpecula*
 est, iram fu *Iniurias & lacerare.*
 gemite fu *O P. arde coniunctissime,*
 rorem. *Dicit leo, facillime*
 Recte cum *Tu sanus agro consulis.*
 valemus, *Non luctus ossa torqueat,*
 facile agro *Dolor & mentem conterat*
 tis consiliu *Sermocinator insolens,*
 damus. *Fallacibus quod fraudibus*
 Rex excu- *Dolisq; plenus omnibus*
 sat se Par- *Fur iste sic, & trux latro*
 do, quod *Fefellert me Reimike:*
 no temere *Et machinis coegerit*
 aut imme- *Meos amicos optimos*
 rito Vulpi *Incluserim quod carcere,*
 succenseat. *Vrsum superbum cum lupo.*
 I. *Id me remordet anxium*
Et pœnitebit maxime
 II. *Adusq; summum spiritum.*
Sed & xor huius impia
Est nostre cladis artifex,
Et prima dux incommodi.
 III. *Ne propter hoc irascere,*
 Rex in Vxo *Rex, Pardus inquit, inclyte,*
 rem culpā *Dirempta si coniunctio*
 omnem *Vos inter est arctissima*
 transfert. *Per Reimikes mendacia.*
Hos charitate mutua
Rursum tibi deuincias.
Quapropter I sen grinio

Nec

Nec non Brunoni, perfidus
 Da pingue corpus Bellini,
 Ut arduum ieiunium
 Pellant, & alium repleant,
 Et perfruantur gladio.

Nam confitetur Bellinus
 Quod cedis hanc iniuriam
 Impulsor vnus fecerit:

Deinde cum mitissima
 Nos iunxerit concordia,
 Omnes inextricabiles,
 Et machinas absconditas
 Audacter admouebimus
 Ad hostis arcem Reinikes,
 Captusq; mox suspendij
 Penas atroces hauriet.
 Nec audiemus amplius
 Nugas & omentum futiles.
 Dicto sed ocynus trucem
 Nec non latronem perfidum
 Captabit in suas manus
 Et strangulabit carnifex.

COMMENTARIA.

Quod magistratus ex animo dolere & poenitentiter debeat, cum aliquem praeter meritum & spem se iniuriis affecisse cognouerit: Quod circa ut superius admonuimus, non omnium delationibus temere aures patefacere debet, imprimisque perpendere & considerare an inuidia, ira, aut odio quodam accensus delator calumnias euomat, aut num reus ante

Quando

magistra

tus praci

pue punire

debeat.

Delatorib.

non est te

mere cre

dendum.

ante.

ante hac quoque, ignominia, aut infamia aliqua scelerumq; maculis contaminatus fuerit. Nam cum princeps propter maleuoli cuiusdam assentatoris confictam calumniam se eo induci patitur, vt fidelem ministrum reiciat ignominisq; laedat, reliqui certe omnes id animaduertentes ad domini voluntatem sensumq; omnia loquuntur & assentantur, nec quisquam fideliter aut candidè quicquā consulit. Verum omnes ne fortè Dominum offendant, veriti, & principem & patriam suis consiliis pessundant.

II.
Principi
quomodo
irascendum
sit.

Princeps iracundia vehementius non exardescere, sed animum cohibere, nec insaniam locū relinquere debet: cum enim ipse potissimum de consilio, de ratione, de mente exeat, nemini maiore quam sibi ipsi inurit dolorem, itaq; ardorem irarum prohibere, lentoque ad vindictam gradu procedere decorum & utile videtur. Cum autem reum iam certò nocentem cognouerit, omniaq; exactè & accuratè expiscatus fuerit, tum denique oēs abrupte moras, & tarditatē supplicij compēsabit grauitate seuerissima. ~~Iuxta vulgi enim sententiam, pauperrimus est hospes, qui vnius coenae solutionē ad dies aliquot differre non possit.~~

III.

Quod foeminae consiliis publicis nō admittenda sint, & suprā fufius dictum est, & infra quoq; nonnulla repetentur.

IIII.
Prudentis
Viri officium.

Prudenti viro se omnibus immiscere non conuenit actionibus. Qua de re in praecedentibus, cum saepe monuerimus, dixisse iam sufficiat.

CA-

Ducitur ex atro lupus & Bruno carceris an-
tro,

Delitiosa quibus Bellinus esca datur,
Pontius Herodi cum conciliatur iniquo,
Christus inops pendens in cruce Sota facit.



REx factus e golenior
Pardi probat sententiam
Aitque stat sententia
Idex equi & elocys,
Quodcumq; Parde, consulis:
Quapropter atro carcere
Reconditos educito,
Nunc bestijs ab omnibus
Vt excolantur denuo,
Palamq; fiat omnibus
Qua fraude latro Reinike

Occi.

Pardus I-
fenginiū
& Brunonē
consolatur
& carcere
educit.

Occiderit lepuseulum.
Accedit ergo carcerem
Captosq; Pardus euocat:
Solatur atq; talibus:
Gaudete fratres optimi:
Nam dulce vobis adfero,
Solatiumq; nobile,
Et com meatum regium,
Licet furore percitus
Rex nuper ambos conijcet
In vincula sua iusserit,
Vos cogitat concordiam
In pristinam reducere.
Quare Leoni maximo
Præbete vos placabiles.
Sic pingue corpus Bellini
Cum fratre, cū sororibus
Illius atq; filijs,
Rex sponte nobis offeret
Horis licebit omnibus,
In rure passim florido
Possessiones illius
Et filios inuadere.
Tum dissipare Reiniq;
Vulpecula substantiam:
Qui nos ter indignissimis
Notare probris ausus est.
Vos dignitati regie
Nunc ambo saltem pectore
Placabiles ostendite:
Hoc fœdus ansum præbuit
Aggris adhuc imbellibus,

Quod

Quod omnibus provincijs
Tendunt lupi liberrimè
Dolos, plagas, & reia,
Freti q; pactionibus,
Et Regis isto federe
Impunè lustrant omnia
Et irruunt ouilia,
Ouesq; mites denorant.

Causa quã
re lupi oui
bus in ho-
diernũ vsq;
diem ini-
micissimi
insidiẽtur.

OBSERVA EX HOC CAPITE.

Nemo Principum alteri tãtum de suo iu. *Nõ temerè*
re concedet, vt ei contra subditos & inopes *Principa-*
sẽuire liceat, sed cautè, & prouidè despiciet, *tus aut do-*
quid cui, & quantum permittat. Eo enim *minũ alie*
mehercle plerique omnes morbo graui certè *ricõmitti*
& mortifero sunt affecti, vt licentia & pote. *debet.*
state sibi in alios animaduertendi facta abu-
si, per fas & nefas absque modo & discrimine
quosuis opprimant, pupillos, viduas, subdi-
tos miserè affligant, eorum opes & fortunas
ad se rapiant, suaq; scuitia omnibus & for-
midabiles & intolerabiles sint. Vnde subdi-
torum gemitus, querelæ & ploratus oriun-
tur, omnem culpam in Dominum ipsum
transferentium, quem exitium bonis miseri-
asq; calamitates has peperisse existimant. *Subditi in*
Inde seditiones, quibus non solùm prouincię, *Principes*
regiones, vrbes, verùm & domus priuatę fun- *plerumq;*
ditus euertuntur, concitationesq; infinitæ *si quid sint*
emergere solent. Et quanquam tales auari *stre acci-*
importuniquę Cyclopes ab officio nonnun- *dit, culpã*
quam remoueantur, Dominiq; sibi ipsi con- *conferunt;*
sulere

fulere partesque suas gerere & administrare cogantur, nihilominus tamē inopem plebem provinciamque sumptibus exhauserunt infinitis, pecuniasque inopum, quibus ad complures annos utantur, concumularunt amplissimas.

Plurima hīc etiam de inconstātia, de mobilitate & leuitate fortunæ inferenda forent, ~~tum de prouerbio, quo dicitur: ab ipso facto si tibi caueas, aduersus mendacia, infamiam, que vulgi facile remedium inuenies.~~ Porro etiam de constantia in aduersis, grauitate atque perseuerantia, tum etiam mediocritate in prosperis rebus seruanda. Verūm hæc iam sæpè & tractata sunt & inferius tractabuntur. Quare hunc primum librum pro exiguo temporis spacio absolutum æquo bene uoloque Lectori discutiendum relinquimus.

Finis libri primi.

DIVO

DIVO MAXIMILIANO
 SECUNDO ROMANORVM, &c.
 Regi & Cæsari, semper Augusto,
 Hartmannus Schopperus Nouofo-
 rensis Noricus, à Deo optimo
 maximoq; felicitatem
 precatur.

Gloria magnanimi, Rex MAXIMILIA-
 NE, parentis,
 Laudib. haud toto, quem regis, orbe minor,
 Nemo fuit validis quo Rege potentior armis
 Nullus Et hoc nostro tempore scepra gerit.
 Tanta quid infelix meditor praconiis, laudes
 Dicere quid cupio, Rex generose, tuas?
 Te dites cantent fortunatisq; Poetae,
 Incluta quos caelo Musa beare solet.
 Largis tuas qui Permessi spaciatur ad undas
 Plenaq; de sacro poculi fonte bibunt.
 Horum scripta legas, grauiora negotia quamuis
 Sint maiestati conficienda tua.
 Talia nonnunquam votis puerilibus ausim
 Poscere, quae misero futa superba negant.
 Nam contentus ero, si carmina nostra legan-
 tur,
 Cum graue non patria te remoratur onus.
 Anxia curarum cum mens neq; fluctuat aestu,
 Nec inbet implacidis inuigilare malis.
 Tunc querulis placidis poteris dare Vocibus
 aures,
 Tunc mea sedata carmine mente legas.

L

Ergo

Ergo benigne librum Rex Maximilianæ secundum
dum

Excipe placato quo tibi corde fero.

Nam Veneris turpes hinc laudo furētis amores,

Non docet hoc Vctitos carmen amare iocos.

Clara sed innocua recitat præconia Vulpis,

Et Vctas animi, quas parit aula, cruces.

Fallor? an hoc releges. Rex clementissime, Ver-
sus,

Fallor? an Solue stilibus ora modis:

Quisquis is est, præstās cui sic indulget Apollo

Vatibus egregijs annumerandus erit,

Atq; nouo lauri mihi nobilitandus honore.

Hoc omnes Vtinam dñj q; deo q; Velint.

Nam licet haud tantos mea mens affectet ho-
nores,

Ore nec audaci præmiatanta roget,

Spontè tamen Verbis hac ornamenta fatetur

In st. is ingens calcar habere bonis.

Halde hac om. Sine diu Rex optime, regu-

An. lior accedat sic tibi semper honos.

Eximi saltem defende fauore Camænas,

Atq; vniuersis auxiliare scholis.

Nec urpe puta miseros reuelare Poetas

Regibus hac cura res fuit vsq; bonis.

Sic precor Vt Solyma referens de gēte triu-
phum

Subijctas sceptris omnia regna tuis.

Imperium terris, animos Vt adæquet Olym-

Teutona præsidio terra beata tuo.

Datum Francofurti ad Moenum, An.

no 1566, Decemb. 15.

HAR

HARTMANNI
SCHOPPERI NOVOFO-
RENSIS NORICI DE ADMI-
rabili fallacia & astutia Vul-
peculæ Reinikes,
Liber II.

CAPVT I.
ARGVMENTVM.

Ore graues & no rursus de vulpe querelas
Euomit alituum, quadrupedumq; genus,
Ingenium furca depellere sapèlicebit,
Vsq; tamen ceptum rursus adibit opus.



Promissacum solennitas
Et lux statuta venerat:
Ex omnibus Prouincijs
Grexbestiarum maximus,
Et multitudo prope tum

Secundum
auium, &
quadrupe-
dum con-
cilium.

I.

Miseria Rei
nikes.

Cuniculi
oratio ad
Regis pro-
ceres.

II.

Ad alta Regis atria

Auicularum confluit.

Beata incundissimis

Domus fremebat gaudijs

Et lusibus procacibus

Omnes terebant tempora.

Miser sed vnus abfuit,

Extinctus albo Reinike

Regalium satellitum.

Iam siderum coegerat

Octauus agmen Lucifer.

Et sat superq; poculis,

Ludis, choris, spectaculis

Indulserantq; cantibus.

locis relictis omnibus

Aggressus est Rex seria,

Omnemq; rem Vulpecula

Amplissimis rectoribus

Custodibusq; detulit.

Quare senatus maximi

Postquam patres confederant:

Superuenit Cuniculus

Et praesides dignissimos

Compellat ore taliter:

Rex gloriose conqueror

Hoc de latrone Reinike,

Quod manè nobis accidit.

Ad Vestrâ dum palatia

Accedo, me necessitas

Transire cogit hospitis

Fallacis ades Reinikes.

Hunc implicatum candido

Nup

Ter

Sea

Mon

Mu

Et a

In c

Au

Sed

Mox

Reb

Mib

Vel

Ati

Arm

Con

Con

Fore

Occ

Sed

Met

Ped

Tam

Aur

Leth

Acce

In fr

Num

Quis

Secu

Si iu

Sic c

Nw

Nuper cucullo conspicor:
 Terrebar ergo plurimum.
 Sed cogitabam pectora,
 Moresq; Vulpis impios
 Mutavit istis Vestibus.
 Et ambulantiem maximi
 In comœatu Principis
 Audebit haud inuadere.
 Sed quando me cognouerat:
 Mox appropinquat proximè.
 Rebar quòd ipse plurimam
 Mihi sodali candido
 Vellet salutem dicere.
 At ille me crudeliter
 Armatus Encis &nguibus
 Confixit, & circumdedit,
 Confectus alto vulnere,
 Foremq; diris morsibus
 Occisus à sicario:
 Sed corporis Velocitas
 Me transuolare compulit,
 Pedes coegi currere.
 Tamen reliqui dexteram
 Aurem meam Vulpecula.
 Lethale vulnus in super
 Accepimus, quod saucia
 In fronte nostra conspicis.
 Nunc prata per Virentia
 Quis tutus ibit amplius
 Securus aut vagabitur,
 Si iura contra regia
 Sic comœatus rumpitur?

Remouet
 suspiciōē
 à se.

Violentia
 Reinikes.

Probat ac-
 cusatiōē
 manifestis
 signis.

L 3

Hæc

Corui ora-
tio.

IIII.

Narrat cor-
uus nequi-
tiam Rei-
nikes.

Reinike si-
mulat se
mortuū vt
facillus
corui vx-
orem appre-
hendat.

Hæc tam profatus conticet.

Tunc coruus ora garrulus

Modis resoluit talibus:

O rex tuæ Prouincie,

Et principatus gloria

Omnis profectio cori uel,

Si non uoles sicarios

Pænis feroces plebere.

Cum manè nuper exij

Domo mea cum contige

In ruris & docessite,

Par putrido cadauero

Latro iacebat, Reinike

Obstructus oris spiritus

Vocis viam præcluserat.

Monstro nouo perterritam

Sixo sui simillimus.

Ut inuocarem numina,

Testarer atq; cœlites,

Præ frigidis timoribus.

Raptum dolebam funere

Verbisq; flebam tristibus

Quis te mihi sodalium

Casus peremit optime?

Dic quæ sote charissimum

Ales uocat Phœbeus?

Sed ille quercu durior,

Marisq; fluctu surdior:

Iacebat hic immobilis.

Mox nostra conuix intimum

Scrutator oris spiritum,

An ulla uiuæ corporis

Depre

Deprenderet Vestigia.
 Rostroq; Vulpis admonens
 Os iungit ori proximè,
 Sentit dolum Vulpecula,
 Erumpit, atq; coniugem
 Meam cruentans moribus,
 Discerpit audax dentibus.
 Maritus instar equoris
 Exhorruit Neptunij:
 Opemq; supplex maximi
 Mox inuocauit numinis.
 Alisq; velocissimis
 In arborem me sustulit,
 Praesens coactus cernere
 Cruentafata coniugis.
 Iam Rex precor iustissime,
 Acerbius, considera,
 Adhunc dolorem maximum,
 Quem nulla lux emolliet,
 Quid accidisse debuit?
 Quod si scelesti Reinikes
 Hac facta non vlci sceris,
 Tibi proterua quilibet
 Serui canent conuitia.
 Quicumq; debet asperis
 Pœnis latrones plectere,
 Et illud omne negligit,
 Hortator est iniuria
 Et criminis sit particeps:
 Quapropter hunc sicarium
 Compesce Rex viriliter:
 Ne principatus gloria

Reinike
 corui vxorē
 discerpit
 VI.

VII.

L 4

Tueq;

*Tuaq; fama dignitas
Probris notata concidat.*

COMMENTARIA.

I. Ex hoc capitulo obserua, Primò, cum homini fallaci, vafro & veteratori, qui semel se malitiosius gesserit, indulgentiam tribuis, benevolentia magis magisq; deprauabitur. Id eoq; vbi turpitudinis aliqua macula penitus infedit & inueterauit in obdurato alicuius pectore, nunquam ea eluitur. Qui autem casu, fortuna aut vi aliqua compulsi paulò grauius peccârint, eorum imbecillitati ignoscendum esse videtur.

II. Quod conscientia nocentis & natura im-
*Natura re*probi hominis semper timeat, & lucem, quo-
*rum om-*ad fieri potest, exhorrescat. Et quãuis inter-
*niũ domi-*dum in lucem is prodeat, tamen prudens vir
*na & prin-*facile quo sub pretextu faciat, cognoscere &
*ceps,*discernere poterit. Diabolus enim, in quam-
cunq; figurã habitumq; se trãsfundat, semper
aut ex pedis, aut caudæ signo deprehenditur.

III. AEquum & bonum est reges, principes,
*Nõ est me-*eosq; qui magnis imperiis & prouinciis præ-
*roro aut cu-*sunt, interdum lætari, hilariusq; viuere: epu-
*ris deteri-*lis, choreis, spectaculis, aliisq; ludis honestio-
*ris malum*ribus sese recreare, variasq; curarum & tem-
*boninib.*poris molestias pellere. Nõ enim ipsi leuibus
curis, aut domestica laborãt difficultate. Sed
nunc partem in illam, nunc in alteram pro-
uinciam curæ cogitationisque suæ deriuare,
Reip. salutem sustinere, subditosque magna

cum

cum fidelitate defendere coguntur. Vnde tantum onus ipsis incumbit, vt non mirum videri possit, Imperatorem, qui diligentius suas regiones imperiiq; fines administret, nimio labore & solitudine sic confici, vt in ipsa ætatis viriditate mortem occumbat, nisi laboriosas animi ægritudines iucundarum rerum delectatione molliret.

Laudabilius nihil in magistratus persona existit, quàm se attentum suis præbere auditorem. Nam si id alienis saltem committitur officium, tum leges plerisq; pro gratia feruntur: Pauper verò ubique iacet, & ex egestate iniuriosus aestimatur, vnde rursus aliud ex alio exoritur malum. Summa autem perfectaque gloria amplissimis viris, iudicibusque hac ex re constat, vt ipsos serui, & non ipsi seruos, reuerentur atq; extimescant. Vnde Theopompus Laconicus, dicente quodam, Spartam idè seruari, quod reges scirèt imperare: Minimè, inquit, sed quia ciues parère. Quare principem minimè decet, aut ob auri copiam aliudve leue munusculum à iuris via deflectere. Nam cum ex equo & bono iudicat, non solum sua dignitate iustos ad rectè faciendum allicere, sed & malos metu à foedissimis factis potest auocare. Verùm cum prauè & dissolutè iudicat, iniustos emolumento captat, bonos verò à se abalienat. Quapropter non illepidè Quintilian. inquit: Cùm irasci iudices, Lib. 6. Inst. fauere, odissè, misereri cœperunt, agi in rem suam existimant. Et sicut amantes de forma

iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor, ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit, occupat^r affectibus.

V.

Quem versipellem & in omni semper malitia exercitatum esse cognoueris, de illius fucato candore morum aut verborum nihil unquam tibi boni persuadeas. Natura enim semel studio atq; artificio malitiæ cōdita, nun-

*Historia de
quodam
Ægyptio.*

quam aut rarissimè expellitur. Narratur de Ægyptio quodam, qui simias aliquot ad saltationem instituerat. Adductæ igitur cū in conspectum, essent ad saltationem personatæ, è spectatoribus quispiā faceto ingenio, saltantibus simiis nuces obiicit. Illæ relicta saltatione ad nuces conuersæ sunt, proq; nucibus inter se depugnarunt.

VI.

Summa adhibita seueritate iudex in eam animaduertet, que plebis concitationem & seditionem erga magistratum, & Reip. concordiam conflare solent. Qualia sint, pacem propter auaritiam eripere, infidias facere, comitum intercludere, mandata principum infringere. Nam si eò res deueniat, vt vulgus nulli amplius mandato Cæsarum obedire velit, omnesq; fidem publicam, pœnas, senatusque totius placita respuant atq; contemnant, extrema inde rerum erumpet confusio: nemo in domo tutus fenestra prospicere, nedum domo egredi poterit. Adeoque tanta inde exardescet perturbatio, vt grauissimo Dei supplicio vita tam viciosa & flagitiosa per barbarissimos atq; crudelissimos punienda sit populos.

*Inobedien-
tia quid in
commodi
parturiat.*

Nulli amplius mandato Cæsarum obedire velit, omnesq; fidem publicam, pœnas, senatusque totius placita respuant atq; contemnant, extrema inde rerum erumpet confusio: nemo in domo tutus fenestra prospicere, nedum domo egredi poterit. Adeoque tanta inde exardescet perturbatio, vt grauissimo Dei supplicio vita tam viciosa & flagitiosa per barbarissimos atq; crudelissimos punienda sit populos.

los. Inprimis igitur prospiciat magistratus sibi hac in re, ne sua priuetur autoritate, aut spoliatur existimatione. Quod fiet, si contemptores sui, maleficos præcipue, latrones, prædones, sicarios, seditiosos seuerissimis afficiat suppliciis.

Vir bonus & honestatis amans vxorem suam quam in legitimo matrimonio habet, amore perpetuo diligit, mirificeq; colat. Nec secus illius atq; sui ipsius mœrore, luctuque affici, ipsam tueri, defendere, & quoduis pro ipsa subire periculum, & ab omni quantum fieri potest, arcere debet iniuria. Si enim virum se præstare, imperiumque in eam iuxta verbum Dei, exercere vult: omne illi vicissim obsequium, benevolentiam animique alacritatem exoluere cogitur.

VII.

*Obsequium
Vir vxori
mutuum re-
netur præ-
stare.*

Is qui flagitium aliquod auertere & punire potest & debet, nec facit, ipsius se facinorosum efficit. Vnde Seneca in prouerb. ait: Iudicem damnari, cum nocens absolvitur.

VIII.

*L. Adigeæ
ff. de Pæ-
tron.*

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

*Sidera testatur Leo, regalemq; coronam,
Vlcisci Vulpis quod malefacta velit,
Scilicet iniustos punire bonosq; tueri,
Hoc decet, hoc Regem fasq; piumq; iubent.*

CVM causa iam caniculi,
Essetq; cornu cognita.
Rex noxia libidine

L 6 *1707*

Regis in-
dignatio.

*Iraq; dicit concitus,
En iuro per monilia,
Et per coronam gemmeam:
Barbamq; testor hispidam,
Graui quod has iniurias
Seueritate puniam,
Ut quisq; possit dicere,*

Officium
regis quid
sit, explicat

*Sacrata iuris optimi
Decreta me defenderes
Et diligenter omnium
Habere curam pauperum,
Probos tueri serio,
Et irrogare fontibus
Pœnas viris iustissimas,
Pacemq; rebus publicam
Iuuare coner omnibus.*

Errare hu-
manum.

*Nam me licet mendacia
Fefellerint vulpecula,
Id. antè multis accidit.
Nec primus is, nec omnium
Fuisse dicar & iustus:
Quem credulum deceperint
Lingua procacis murmuris:
Aut femina dementis,
Et insolens procacitas.
Non ille me fallaciter
In posterum fraudauerit.*

*Quare fideles inuicem
Deliberate Principes,
Pœnis quibus dignissimis
Nos vindicemus Reinken.*

COMMENTARIA.

Observabis ex hoc capite.

Quod piæ matronæ dignitas id præcipuè
 requirat, ne sit improuida aut stulta, sed per-
 pendat sedulò, quid marito suo consulat. Ne
 cum res minus feliciter cesserit, probri plena
 stultitię suę pœnas luat. Quare in primis rem
 domesticam procuret, viro suam nudis de-
 claret verbis sententiam, aliudque monenti
 obtemperet: grauioribus autem se non inge-
 rat negotiis. Nec quicquã sanè matronarum
 dignitati detrahitur, si viri prudentiorum
 quàm suarum coniugũ in rebus arduis vtan-
 tur cõsilio. Præclare autem Liuium M. Por-
 tium Cato in oratione, quam habuit in Mu-
 lieres ornatum pristinum ex lege Oppia sub-
 latum reposcentes: Maiores quidem nostri,
 ait, nullam ne priuatam quidem rem fœmi-
 nas sine autore agere voluerunt: in manu es-
 se parentum, fratrum, virorum: nos si diis
 placet, iam Rempublicam etiam capessere
 oas patimur. Date frenos impotenti naturæ
 & indomito animali. Sic Hector Androma-
 cha uxori ne concederet ad pugnam dissua-
 denti: Tu verò, quod ad te attinet, ait, abi do-
 mum, & quæ tibi curanda sunt, cura, telam,
 & colum, ancillasque exerce. Menon apud
 Platonē, Mulieris, inquit, virtus est domum
 rectè gubernare, dum custodit domestica, vi-
 roque obedit.

Quodnã magistratus officium sit, de quo

L. 7 supe.

I.
 Virtus hone-
 sta matro-
 nae qua sit.

Veteres nec
 priuatis re-
 bus fœmi-
 nas admi-
 serunt.

Hectoris
 magnani-
 mitas.

Lib. 4.

II. *Magistratus pana non à subditis, sed à Deo exigi debet.* superius clarius dictum est, id autē si minus exequitur, nihilominus suam retinet dignitatem, nec quicquam subditis, quo ipsum reprehendant aut puniant, conceditur. Is enim à Deo, per quem gubernationem accepit, puniendus est.

III. *Subditorū officium.* Omnes subditi, præcipuè ditiores semper parati & prompti existant, vt magistratum sua vitia, omnesque iniurias propulsantem, piorumque virtutes & gloriam defendentem summa cum industria, & animi fortitudine protegāt: quò felicius Reipublicæ salus, tranquillitas ciuium, honestasque publica morum procedat, & conseruetur.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

*Obsidione cupit Rex mœnia cingere Sulpis,
Hinc Lupus, hinc gaudens induit arma
Bruno.*

*O fuge latitiam neq; pectore concipe turpem,
Lapsus in arumnas cum tuus hostis erit,
Qui modo Cræsus erat, citò sic pauperrimus
Irus:*

Cræsus est subitò qui prius Irus erat.

*G*audebat Isengrinus,
Brunoque; villis horridus,
Punitre quod Rex cogitet
Cruelitatem Reinikes.
Ipsamque; verbis asperis
In Elisionem concitant.
Tunc Regis Vxor florida,

Regina
prouidè
Regi con-
sultat.

Perpende, dicit optime
 Rex atq; splendidiſſime,
 Quod aequitati regia
 Tuaq; fama conuenit,
 Nementis iracundiam
 Exerceas in Reiniken,
 Res has priuſquam cognitor
 Planiſſimè perſpexeris,
 Et quaſlibet Vulpecula,
 Iuris ſecundam Regulam,
 Reſponſiones audias,
 In Reinikes praſentia
 Hi credo conquieſcerent,
 Et forſan intermitterent,
 Quas nunc querelas euomunt.
 Si vera dicunt omnia,
 Iniurias Vulpecula
 Iniurijs facillimè
 Tu vindicare prauales,
 Qui Rex es: atq; belluis
 Per maximam prouinciam
 Cunctis potenter imperas.
 Quis regiam potentiam
 De plebe natus infima,
 Aut vim poteſt euaderet
 Hac ipſa Pardo maximè
 Regis voluntas complacet,
 Vt Rex peritus omnia
 Die cinato callide
 Reſponſa Vulpis audiat,
 Et rem priuſ prauidicet
 Quòd ſe niſi purgauerit,

Nam furos
 iraq; men-
 tem preci-
 pitant.

An neſcis
 longas Re-
 gibus eſſe
 manuſ.

Culpaq;

Violentia *Culpaq; liberauerit,*
 Ifengrinij *Pœnas amaras hauriat.*
 qua Regē *Post verba Pardi, luidus*
 ad bellum *Sic inquit Ifengrinus,*
 contra Rei *Ad arma regem concitans:*
 niken susci *Quæ Pardus in fit, omnibus*
 piendum *His corde toto congruo,*
 instigat. *Quòdiura damnent neminem*

Enumerat
 lupus fla-
 gitia Rei-
 nikes.

Præiudicata non prius
Causa atq; planè cognita,
Sed ecce corui ludicras
Omitte vel cuniculi
Quas deferunt iniurias.
Crucis tamen Vulpecula

Pœnam meretur horridam
Prioribus mendacijs.
Quod ipsa detestabile
Nuper scelus confinxerit:
Bonoq; Regi fecerit
Fraudes inexpiabiles,
Et innocentes iusserit
In carcerem nos conijci.

Sic cogitaret Reinike
Adire tecta regia:
Iam sæpè factus certior
Dies is ante plurimos
Huc commeasset ocyus.

Rex subdi-
 tos omnes
 ad arma ca-
 pessenda
 hortatur.

Rex, miror, inquit, futilis
Quid pro fit hæc loquacitas.
Quin arma cuncti sumitis,
Et iuncta tela promittis?
Quin machinas abeneas

Satellites capeſſite:

Belli graui certamine

Laffabimus Vulpeculam,

Ipfamq; caſtigabimus,

Qua noſtra turpi nomina

Habet ſibi ludibrio.

Omnes proinde corneis

Armate vos haſtilibus,

Vt enſibus micantibus,

Auctusq; telis fortibus

(Cum ſexta pulchro ſparſerit

Aurora cælum lumine)

Grex totus hic compareat.

Tum ſulpis obſidebimus,

Et diruemus mœnia:

Et Reinikes ientacula

Parata deguſtabimus.

Hæc omnibus ſententia

Probatuꝛ itq; perplacet.

OBSERVA EX HOC CAPITE.

Ne quis alterius incommodo triumphet
aut gaudeat, iuxta Poëtam enim:

I.

Paſſibus ambiguis fortuna ſolubilis errat,

Ouid. 5.

Trift.

Et manet in nullo certa tenaxq; loco.

Gras tibi id, quod hodie vicino tuo euenit,
contingere poteſt, cum ſis itaq; homo, com-

II.

munis memineris fortunæ, quæ celerrimè ea,
qua modò dedit, repoſcit.

Officium
proba hone

Proba, ingenuæ honeſtæq; conuenit ma-
trifamiâs, vt ſelibenter ab errore per mari-
tum ſuum auerti ſinat, nec aſperis, ſed leniſſi-

ſtaq; ma-
trifami-
liâs.

mis

Decernit
diem qua
ſimul oës
cõpareant.

elli.

mis vtens verbis errorem placidè excuset, & ijs de rebus, quæ marito inutiles videntur, demissius loquatur. Viro autè obstrepere, eumque reprehendere, discindere, obiurgare, conuiciari, maledictis laceffere, exagitare, dictis fulminare & pertinaciter se tanquam innocentem defendere, non honestis matronis, verùm pessimis, maledicis, scelerosis sagis & veneficis fœdissimis congruit, & talia sunt Anticyris Helloboroque purganda. Hæc si non sufficiant, addantur colaphi, fustes, furcæ, coli, pugni, & id genus similia, quibus perunctæ & benè crebroq; multatæ, repelluntur tales sibilantes aspides & compescuntur. Bonæ autem quæ per se officio suo non desunt, pharmacis his non indigebunt.

Mala mulieres qui bus phar- macis sint cõpescenda.

III.
Alexandri virtus in audiendis causis.

Senatoribus perpetuò hoc dictum in iudicijs & pœnis adhibèdis ob oculos versari debet, quo infertur, vt & altera semper iudicatur pars, quemadmodum Alexander Macedo, orante accusatore alteram manu aurem solebat occludere, vt ipsa reo conseruaretur.

IIII.

Vt saepe iam monui, ne quis facilè verbis malitiosis aut inimico & liuido ex animo profectis credat. Nullo enim os inimici nititur fundamento. Sed atra hominũ, teste Plinio, ceu serpentium lingua vibrat labesque animi contrectata adurit culpãtium omnia.

V.

Quod iam crebrius dictum, vt magistratus præcipue in vitia publica, vt sunt latrocinia, depopulationes, seditiones, pœnas grauiores constituat quæ si minus corriguntur, tãdem pro-

profectò tota prouincia, aut Dei grauissimo
supplicio aut admirabili perturbatione fun-
ditur euertitur, atq; solo æquatur.

Vt magistratum suum subditi in Reipu-
blicæ administratione & iustitia conseruâda
indefessè subleuent, atq; defendant.

VI.

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

Nuntius infastis Vulpem rumoribus implet.

Quod fera Rex illi bella parare velit.

Scilicet officium fidos decet illud amicos,

Rebus & alterius porrigat alter opem.



Hanc quando Rex sententiam
Cum subditis conctu serat,
Quod cogitet subuertere
Palatium Vulpecula:
Lumen Senatus Regij
Professionem suscipit,
Festinat & Greuinchius

Greuinki-
us ad Rei-
niken pro-
fessionē su-
scipit, vt eā
de indigna-
tione Re-
gis certio-
rem faciat.

Ad

Ad Vulpis arcem callida,
 Huic cuncta Regis indicat
 Et instituta detegit,
 Hac insuper submurmurat,
 Amice chare Reinike,
 Nunc machinis grauissimis
 Afflictus oppugnabere.
 Ofama nostri stemmatis,

Amicū ami-
 co decet
 condolere.

Caputq; nobilissimum,
 Quam me grauis necessitas
 Tuaq; gentis exitus,
 Casusq; detestabilis
 Et angit infelicitas?
 Qua iure semper conquerar.

Vix ista cum finiuerat,
 Aedes anhelis passibus
 Is introibat Reinikes,
 Patente stans in area,

Greu inc-
 kius in e-
 gregio Rei
 nikē depre-
 hendit o-
 perc.

Qui tempus ante perbreue
 Duas columbas ceperat,
 Quas non habebant vndiq;
 Vestita pennis corpora,
 Sed ante tempus debitum
 Nidos tepentes liquerunt.
 Quas deserit Vulpecula,
 Salutat & Greuinchium:
 Ipsumq; blandè suscipit,
 Amice, dicit, candide:
 Inusitatum quid refers,
 Praterq; consuetudinem?
 Dolens, ait Greuinchius,
 Tua salutis gratia

Huc

Huc chare Veni Reinike,
 Ut indicarem pessimas
 Tibi paratas machinas
 A Rege feruidissimo.
 Est rebus actum de tuis:
 Rex nuper omnes Principes
 Per astraturans omnia
 Ad arma congregauerat,
 Discrimen atq; militum
 Habere cepit omnium,
 Et luce sexta protinus
 Exercitum huc adducere,
 Et Vestra magnis copijs
 Vult obsidere mœnia.
 Notis quod omnes expetunt.
 Sed primus Versus omnium
 Et gaudet Isengrinus:
 In arce quicquid regia
 Ipsi Leoni consiliunt,
 Id exequuntur ceteri.
 Proinde vobis auguror
 Instare casus & lutos.
 Ut auribus perceperat
 Renunciantis Reinike
 Sententiam Greuinckij,
 Dulci cachinno disfluit:
 Totusq; risu gestiens,
 Hoc, inquit, an negotium
 Tibi videtur arduum,
 Ob quod manum non verterem?
 Eamus in palatium
 Et splendido conuivio

Greuinc-
 kius Vulpi
 à Rege infi-
 dias belli-
 cas fieri cõ-
 memorat.

Brunonis
 & Isengri-
 nij singula-
 re ostendit
 odium.

Reinike
 Greuinckij
 deridet o-
 mniaque
 ipsi ludi-
 brio sunt.

Animus *Nos recreemus inuicem.*
 Reioikes *His nanq; mox prospexero*
 nō in bel- *Meiq; rebus consulam.*
 lo, sed in *Res quando septem, &el nouem*
 parinis po- *Procrastinatur indies.*
 nūs haret. *Cras astra pellens omnia*
 Aurora cum surrexerit:
 Petemus aulam Regiam.
 Quod si mihi succurrere
 Opemq; ferre cogitas:
 Meamq; causam proteges,
 Non aestimabo singulos
 Vnius assus Principes,
 Qui me volunt extinguere.

Tunc dicta reddit mutua,
 Greuinki- *Respondet & Greuincius:*
 us suā pol- *Amice iucundissime,*
 licetur Vul *In rebus arctis optimam*
 pi fidē atq; *Opem lubenter conferam*
 operam. *Fratremq; sicut alterum*
 Fide tuebor integra.
 Nam rex tuam, quod audio,
 Mirabitur praesentiam:
 Nec ut Tyrannus impius,
 Te vindicabit ilicet.
 Tuas sed ante sedulo
 Responsiones audiet.

COMMENTARIA.

Cū de aliquo consilium aut iudicium
 exquiritur: inconsultum & perniciosum vi-
 detur, si amici eius aut consanguinei adhibe-
 antur,

Inter

Inter fidos amicos alter alterum amicissime admonet de futuro incōmodo, & quiduis prius ob fidelem & egregium amicum sustinebit, adeoque animam relinquet potius quàm eum deserat.

Quod nihil viro magno fit aptius, nihil prestantius, quàm ut nullis fortunæ irascentis incursibus, nullis rursus aridentis successibus excitari se patiatur, sed semper sui sit similis. Atque huc allusit Horatius, ubi fortem virum his versibus scite descripsit:

*Iustum & tenacem propositi virum,
Non cinium ardor prava iubentium,
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida: neq; Auster
Dux inquieti turbidus adria:
Nec fulminantis magna manus Iouis:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruine.*

CAPUT V.
ARGUMENTUM.

*Laudibus extollit proprios Vulpecula natos,
Quod patrios norint fingere mente dolos.
Heu male filiulis patris indulgentia parcis,
Mature erudias, qui cupis esse bonos.*

In adibus confederant,
Cum filios Greuincio
Monstrat suos Vulpecula,
Amice dicit optime,
An hac meorum liberum.
Natura vobis perplacet.

Quia

Quidquaso Resnhardeinij
De moribus recolligas,



Reinike
laudes fi-
liorū suo-
rum, quas
honestius
tacuisset,
explicat.
Verg. A te-
neris cōsue-
scere mul-
tum est.

Andaciaq; nobili,
Dic sentias Rosselij.
Parentis hos simillimos
Fuisse dicent posteri.
Vixnanq; paruis vagiens
Vterq; cunis exijt.
Et ambo iam cibaria
In rure quarunt strenuè,
Pullosq; gallinaceos,
Et pinguiores anseres,
Auculiq; prendere
Norunt paternis fraudibus,
Et copiosa pabula
Hinc saepe per mirabilem
Sibi parant industriam.
At non tamen per omnia
Debent vagari liberè,

Aut ambulare pascua,
 Quousq; norint omnia
 Venantium Vestigia,
 Canumq; vim compescere:
 Omnesq; casses rumpere,
 Et machinas evadere.

Tum singulis terrestrium
 Vt exhibere bestijs
 Possint honorem debitum:

Grimhardus inquit, omnibus
 Debebat id parentibus,
 Et esse cura matribus,
 Suos honeste scilicet
 Vt educarent liberos.

Nam sempiternam gloriam,
 Paritq; dulce gaudium:
 Praclaranempe filij
 Prestantis educatio.

Qua dum loquuntur inuicem,
 Suadent soporem sidera,
 Proinde dulci languida
 Dant ambo somno corpora.
 Quousq; manè Lucifer
 Os extulisset aureum.

Iturus ergo Reinike
 Hortatur ipsam coniugem:
 Vt rem vigil domesticam
 Procuret, atq; liberos:
 Iterq; cum Greuinkio,
 Ad Regis aulam suscipit.

Greuinc-
 kius Vulpi
 respondet.

Reinike cū
 Greuinkio
 conferunt
 se cubitum

Reinike ad
 Regem pro
 fecturus rē
 familiarē
 liberosque
 vxori com-
 mendat.

M

DO.

7. *Libri in presentia suarum non laudant de bent à parentibus.* Quàm iucundum & honorabile sit pios, obediētes, modestos, & benè educatos habere liberos. Id tamen in primis absurdum & indecorum parenti, si filiorum suorum virtutes ipsis presentibus & audientibus commorat. Nam id quod hic Renike in filiis suis commendat, honestius tacendo prateriisset.

*Quaratio-
ne liberi à
parentibus
educandi
sunt.*

Tenera sanè ætas instar mollis ceræ ad quicquid, siue bonum siue malum sit, faciliè flucti potest. Qui ergo liberos nactus fuerit, omnem lapidem moueat, quo in primis ad gloriam Dei inflammentur, Deinde ad sui ipsius commodum, proximique utilitatem eorum dirigantur actiones. Ad pietatem verò eos accendat, si à teneris statim unguiculis ad presces, timorem Dei, omnemque Ecclesiæ cultum assidua exercitatione eos affuefecerit. Et hinc purus, apertus, simplex & castus impis excitabitur animus. Caueat porro ne in ocio, quod Sathana puluinar est, eos nutriat, sed artibus instruat, & laboribus exerceat conuuis: quo discant inopem defendere vitam, nec mendicitatem perpetiantur, aut furtum faciant. Et huc quidem omnem curam, operam, studium & industriam dirigent. Natura enim cum in vetitum semper nitatur, cupiatque negata, per se parum, aut nihil prestare potest. Idcirco in prima ætate virgissime emendandi & corrigendi sunt pueri; ne in senectute carnificinam subeant, aut alia con-

mentorū perférant genera. Parenti autem quid in hoc saeculo honorabilius, aut magnificentius contingere potest, quàm si gloriosos in grandiori auro & magnificis virtutibus ornatos suos cōspiciat liberos? Quod sine diligentia assidua, aut frequentibus ad Deum effusis precibus, raro aut nunquam consequentur. Heroum enim filij (vt prouerbio dicitur) plerumque noxæ sunt. Et quam difficile sit oriri bonos filios à magnis viris, ostendit Africani filius, foede à paruulo Antiochi præsidio captus.

Qui etiam præturam petiturus candidam *Exemplis* togam turpitudinis maculis obsolefactam in *berorū qui* campum detulit. Sic Q. Max. Fabij filius tam *à magnis* perditæ fuit luxuriæ, morumq; foedorum, vt *ortu paren-* Q. Pompeius prætor urbanus paternis bonis *tibus, dege-* ei interdixerit: publiceq; sit exheredatus. Sic *nerarunt.* Clodij Pulcri filius eneruam frigidamque *vitam sub meretricis imperio egit.* Minerva, 2. Homer. Odyss. ait, paucos filios honestos nasci ex honestis parentibus: sed sequentem semper peiorem esse priore atatem. Vnde Horatius inquit:

Damnosa quid non imminuit dies?

Ætas parentum peior auis tulit

Nos nequiores, mox duros

Progeniorem vitiosorem.

Sed verba Spartiani super ea visum est re. *Spartiani* ponere. Ea enim sunt in vita Seueri in hunc *hac de re* modum Et reputanti mihi Diocletiane Au. *sententia.* guste, neminem propè magnorum virorum

Romulus. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorū
Numa Pō- reliquit. Nihil Numa Pompilius, quod utile
pilius. posset esse Reipubl. Quid Camillus? num mi
Camillus. similes liberos habuit? Quid Scipio, cuius Ca-
 tones qui magni fuerunt? iam verò de i. me-
 ro, Demosthene, Vergilio, Crispo, Terentio,
 Plauto, Ouidio, cæterisque aliis quid loquar?
 quid de Cæsare? quid de Tullio? cui soli me-
Augustus lius fuerat non habere. Quid de Augusto, qui
nec adopti- nec adoptiuum bonum filium habuit. cum
uū bonum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. Fal-
habuit fi- sus est etiam ipse Traianus in suo municipe
lium. ac nepote deligendo. Sed ut omittamus ado-
 ptiuos, veniamus ad genitos. Quid Marco
 felicius fuisset, si Commodum non reliquis-
 set hæredem? Quid Seuero Septimio, si Bas-
 fianum nō genuisset? hæc ille. Sic Demosthe-
 nes dicebat, à viris bonis quasi fati voluenti-
 bus filios improbos nasci. Sed de his satis.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

*Turpianarrātis commissæ Greuinchius audit
 Vulpis, Et hæc memori singula corde notat,
 Cū res iratos sit habere grauisima Diuos,
 Omnibus hos horis conciliare stude.*

Per

Per aruarinis humida
 Cum Vulpe, dum Greuinckius
 Non ambularet segniter,
 Astutus inquit Reinike:
 Cum nesciam profectio



Quid portet hac incommodi,
 Num largiantur prosperam
 Reuersionem numina,
 Proinde vobis omnia
 iam confitebor crimina:
 Vt inter antiquissimas,
 Recentiores sedulo
 Offensiones colloces.
 Non te latent fallacia,
 Quas nuper Isengrimo,
 Et usq; feci coniugi,
 Tum quomodo fefellerim,
 Regi q; mira finxerim,
 Auroq; vano luserim,

M 3

Ca.

Reinike i-
 terum sibi
 male con-
 sciens feele-
 ra sua Gre-
 uinckio e-
 narrare in-
 cipit.

I.

Scelus di-
 cit se in Lu-
 pum eius-
 que coniu-
 gē deliquisse.

II.

Mendacis
 Regi illu-

III. *Caputq; Lampi mortui*
 Innocentē *Cum Bellino transmiserim.*
 trucidauit *Et mortis in periculum*
 Lampum. *Coniecerim grauisimum.*

III. *Vt in super Cuniculum*
 Bellino *Acerbius compresserim.*
 causa mor- *Ad vsq; vita spiritum,*
 tis exstitit. *Ad vsq; vita spiritum,*

V. *Coruiq; nuper coniugem*
 Cuniculū *In rure deprehenderim,*
 ferme stran *Prensamq; deuorauerim.*
 gulauerat. *Hac haftenus confecimus,*

VI. *Prioris à nouissimo*
Confessionis tempore.
Malis relictis omnibus,
Qua non recordor amplius,
Sic nuper Isengrinum,
Mecum profectum longius
 Corui vxor- *Adelegantes consitas*
 rem deuo- *Spumantis vrbes Odera*
 rait: *Miris fefelli fraudibus:*

VII. *Vt esurire cœperat,*
 Adhuc aliā *Equa videbat filium*
 fraudē Isen *In ruris arui millibus*
 grinio se fe *Lasciuientem pascuis.*
 cisse recen- *Abi refert equam roga:*
 tet. *Quanti velut pinguisimum*
Hunc filium diuendere.

Reinike o- *Accedo matrem prouinus*
 mnium ma *Et diligenter sciscitor:*
 lorum fa- *Num iuniorum vendere*
 bricator. *Equum velit ferociens.*
Ipsam Lupus pecunia

*Quod cogitet persolvere,
 Respondet illa si placet:
 Afferto mox pecuniam.
 Proscriptiones Singula
 Quibus Velim diuenderes
 Pedis sinistri continet.
 Concede, si Vis, perlege.
 Prasentiens fallaciam,
 Me litteras cognoscere
 Humaniores peruego.
 Et mox ad Isengrinum
 Responiones de fero
 Ipsiq; dico singula.
 Tunc ille, quid stultissime?
 Non litteras cognoscerem,*

Reinike da
 lura equa
 animaduer
 tit, raro e
 nim a nuo-
 sa capitur
 a queo Vul
 pes.
 Arrogantia
 Isengrinij.



*Gracas, Latinas, Gallicas,
 Germanicas, Hebraticas
 Erphordia qui tempora
 Tam multa cultor omnibus*

In artibus contriuerim.

Hic operire Reimike

Quousq; scriptum per legam.

Abit, rogatq; faeminam,

Quanti Velut diuendere.

Pedis, sed illa, corneam

Attolle, dicit, Vngulam.

Hic scriptionem per lege.

Lupus propinquat ocynus,

Et os fame scens admouet:

Hinc litteras in Vngula

Proscriptionis quaritat.

Mox imp. titus icibus

Equa tribus grauisimis,

Humi cruentus sternitur.

Centactus esset fulmine.

Suaq; Vit & ne scius,

Inanis atq; sanguinis,

Horam tacebat integram.

Equam Videbam currere,

Fugaq; Vitam querere:

Et Vulneratus acriter,

Rigabat ora steribus:

Et eiulabat turpiter

Supinus Isengrinus.

Accedo blandis in super

Adulor illi Vocibus,

Virumq; dico nobilem:

Tum quæro, num per soluerit,

Equumq; deuorauerit

Mihiq; portiunculam

Insidus abnegauerit,

Cuncta fo-
mes cōgit
durisq; in
rebus ege-
stas.

Lupus icu
eque pro-
stratus in
terrā cadit.

Astutia Rei
nikes qua
Isengrinio
fatis ama-
rulente il-
ludit.

Num leniter dormiuerit,
 Ciborefectus optimo.
 Respondet Isengrinus:
 Quid saucio lethaliter
 Conuictaris Reinike?
 Tam grandis infelicitas
 Surdas moueret arbores,
 Crudelis haec benefica
 Pedis potenter & ngula
 Improuidum crudeliter
 Percussit, ut prosternerer,
 Essemq; penè mortuus.

Sic noster Isengrinus
 Ferè peremptus fraudibus
 Meis fuisse innocens,
 Nunc ergo prouidentior,
 Viam relinquam perditam:
 Nec tale crimen horridum
 Vnquam deinceps fecero,
 M. iamq; consuetudinem
 Hanc diligenter corrigam.

Responsio
 Isengrinij
 qua ad mi-
 serationē
 sui Reini-
 kē induce-
 re conatur.

Promittit
 emendatio-
 nē Reinike

HINC DISCENDVM.

Ut suo quisq; se pede meriti discat, nec de
 gestis propriis impudenter gloriari audeat, ne
 cum res factis testanda est, turpiter atq; igno-
 minio è confundatur. Notatur hīc etiam ar-
 rogantia studiosorum, qui pretiosum & irre-
 parabile omnino tempus in Academijs saepe
 illustribus inutiliter deperdunt, parentesque
 sumptibus exhauriunt infinitis, domumque
 reuersi cum fructus, quos ex literis perceperunt.

I.
 Arrogantia
 studiosorum
 ignauiorum
 hic nota-
 tur.

M 5 de

depromendi sunt, ipsi scientia inflati, cristas erigunt, omniumq; rerum scientiam sibi arrogant. Verum ubi examinantur, imperiti rerum omnium, rudesq; ignariq; erubescunt, expallent, & titubant. Quibus sanè consulerem, si studiis ad immortalem nominis gloriam contendere nollent, operam tamen darent, ne quasi extremi scabie occuparentur, aut tempestiuè satis ^{arrogantiam} fastum istum ex animo

Arrogantia expuerent & proijcerent. *Præterea* autem de *vitio* quæ arrogantia vitio nonnulla in medium proferre lubet. Si itaq; principium inuisibilis sapientia esse considerauerit homo non oblituscei sui ipsius, & semper ante oculos habere originem suam: si cogitauerit se puluerem & umbram, aquam & cinerem iam inde à creationis suæ exordiis, per crimen arrogantia nunquam inflabitur: quæ est (vt inquit Salomon) abominatio Domini, & à qua semper hæreses omnes exorta sunt. Hæresis autem nihil aliud, quam propria opinionis electio, contra sanctam determinationem Ecclesie, quæ sanè absque arrogantia esse non potest, Et hæreticus est diuisus, ac separatus à fide catholica. Arrogantia modestiæ contraria est, ex impudentia, vanam auctoritatem sibi comparat, superbiæ filia: hæc verò ambitiones comes, rapientis etiam homines ad honores, nec quicquam pensi habentis, qua sit eurus dum vel quò. Quocirca ne hominum inuidiam vel odium incuramus sum, moperere ea vitanda est, vel saltem, eam aliquo modo.

modo contraxerimus; castiganda: Vt Epaminondas fecit, qui solitus erat lauto corpore, hilariq; vultu prodire in publicum. Quique postridie eius diei, quo feliciter pugnatu fuerat in Leuctris, processit squalidus ac summissus, amicis vero seiscitantibus, num sibi molesti aliquid accidisset, nihil inquit, sed heri sensi me plus a quo mihi placuisse, hodie (adeo arrogantiam metuit) illius gaudij insolentiam castigo. Haud quaquam ergo sapientiam sibi aliquis arrogabit, quoniam solus Deus sapiens est. Thales, cum Miletum inueniam auream mensam iussisset Apollo sapientissimo donari, ciuitasq; eidem dari decreuisset, magnitudinem huius laudis non agnosceus, oraculi sententiam interpretatus est, Apollini mensam offerendam esse docens, quod Deus hoc verborum inuolucro significasset, neminem mortalium scilicet, sed solum Deum ut diximus sapientem esse. Ex quo fit ut aliquando riserint Ephesij Heracitum, qui iam senium ingressus, se neminem audiuisse, sed a seipso didicisse omnia & nihil denique ignorare affirmabat. Maiori laude dignus videtur Socrates, qui frequentissimè dicebat, tamen si oraculo Delphico sapientissimus quisset iudicatus, se nihil scire, nisi hoc vnum, quod nihil sciret. Pythagoras ut crimen hoc vitaret, non sapiens, sed Philosophus, id est, sapientie amator appellari voluit. Sapiens enim verè seipso contentus est, extra se verò nihil appetat, nihil querit aut eurat, similis mundo,

Epaminondas arrogans etiam inuito

Solus Deus est sapiens

Ephesij Heracitum qui omnia sibi tribueret, deriserunt

Socrates laudatur

Pythagoras non sapiens, sed tantum amator sapientia dicitur

Sapientia dicitur et voluit. Sapiensque dicitur verè sapiens

qui vndique teres est, quiq; rotundus tantum
 sibi constat. Moses vt arrogantiam vitaret, de
 se loquens, quasi de alio loquitur. Hæc sunt,
 inquit, verba quæ locutus est Moses. Sic
 Iob, Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Sic
 Ioannes, hic est discipulus ille qui testimo-
 nium perhibet de his. Nec arrogantia vitio
 est ascribendum, quod aliquando Paulus se
 habere S. S. professus sit, Augustinus verò se
 parem prophetis esse dixerit, & istorum exem-
 plo etiam se laudari Imperator noster Iusti-
 nianus, quia illud ipsum non inanis gloria
 fuit, sed veritas & virtus loquentium longè
 maxima & excellentissima. Sed infra de ar-
 rogantia vitio plura dicemus.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

*Mota per exemplum Vulpecula Regis & .i. uila
 Se peccasse refert idq; licere putat.
 Scilicet Empedocles a dentē frigidus Aeternum
 Infiltrat stupida cur ego mente sequar?*

TVnc Reiniken Greuinchius
 Compellat hu sermonibus:
*Amice quon nec charior,
 Aut vilius est iucundior:
 Vitæ tuæ nequissima
 Commissa sunt grauisima,
 Culpæ tamen te liberum
 Ab omnibus pronuncio,
 Sed nil periculosius,
 Nihilq; pestilentius,*

Quam

Quam simplicem lepusculum
 Quod perfidè necaueris:
 Caputq; Lampi mortui
 Ad Regis arcem miseris:
 Hac insolens audacta,



Allegor.

Feroxq; contumacia
 Vita tibi periculum
 Longè facesset maximam.
 Dolosus inquit Reinike,
 Nos ista parvipendimus,
 Semperq; floccifecimus.
 Hoc nanq; cautus seculo
 Audacter affirmauerim,
 Quicumq; se negotijs
 Nunc implicat mortalium,
 Is purus execrabili
 Non viuet absq; crimine.
 Si quippe coram, suspicor,
 La sciens lepusculus,

8

Reinike o-
 mania floccifecit.
 Reinike in
 seculo hoc
 neminem
 pie viuere
 posse affir-
 mat.

M 7

Et

*Et pinguis hic assisteret,
Facetysq; luderet,
Amor profecto mutuum
Extingueretur ilicet,
Vel ipse Lampi pinguibus
Non abstineres carnibus,*

Occasio fa- *Occasione fertili*
cit furem. *Mens arctior diffunditur,*
Reinike vl *Et pura conscientia.*
timum sa- *Iam tempus admirabile,*
culum re- *Et appropinquat ultimum.*
darguit. *Hoc namq; seculo principes,*

Ab exēplis *Exempla qui laudabilis*
principum *Præbere continentia*
male agen- *Debent, Et innocentia.*
tiū orditur. *Vel omnium grauissimè*
Appetito *In cuncta peccant numina.*
& auaritia *Interq; mystas impios,*
sacerdotū *Qui sancta patrimonia,*
arguitur. *Aurumq; Christi decoquunt;*
Inuidia *Nunc regnat appetitio*
officiorum *Iniuroso censuum,*
contēptus. *Liuroq; detestabilis,*
Luxuria. *Contemptus atq; maximus*

Reinike de *Scholasticorum munerum.*
palatiis *Et principatum sordidus*
principum *Vbiq; luxus obtinet.*
loquitur. *At præter hæc in principum*
A regis ex- *Vi vitatur palatijs;*
emplo. *Non ipse Bacchanalye*
Dicit regē *Indulget impijssimus,*
munerib. *Omniq; Rex libidine*
corrupti.

Quicumq; portat munera,
 Licet sit ille pessimus,
 Et omnium nequissimus,
 Hinc parcat, atq; maximas
 Culpas remittit illico.

Quis ergo peruersissimis
 Non rebus his seducitur,
 Cum nempe liberaliter
 Peccare cernit principes?
 Exempla quamuis talia
 Nos haud mouere debeant.

Summis proinde viribus
 Conabor atq; sensibus:
 Ne dicar esse pessimus,
 Aut omnium renuncier
 Mortalium nequissimus.

Exemplis
 enim ne-
 mo excusa-
 bitur.
 Reinike
 vult tãtum
 operam na-
 uare ne sit
 pessimus.

COMMENTARIA.

Monemur hinc quàm graue & intolerabi-
 le, vt precedenti etiam monuimus capitulo,
 sit arrogantiae crimen. Audacia quidem sine
 temeritate viro forti cõuenit, sed ostentatio,
 aut vanæ gloriæ præsumptio stultorũ & im-
 proborum sic est propria, vt apud prudentes
 locum habere non possit. Non enim videtur
 audacia, sed incredibili armatus insolentia, qui
 confusus importunitate sua, sese contra longè
 fortiorem aut potentiolem effert, & longius
 quàm deceat digreditur. Quæ res felicem ra-
 rø sortitur euentum. Quicumque igitur au-
 dacia ad gloriam aspirat sempiternam, benè
 caueat ne temeraria exagitetur cupiditate.
 Nam

Ostentatio
 stultorum,
 propria est

*P. Lotich.
Secun.*

Nam cùm pedem offenderit, risum potius inde, quàm plausum populi aut honorẽ consequetur optatum. Nam iuxta Poëtam

*Non habet euentus placidos temeraria
Virtus.*

*Arrogans
sibi in om-
nib. blan-
ditur.
Epicurus.*

Sic arrogantes blandiuntur sibi plurimum, & suæ eruditionis opinione ita insolescunt, vt in ea sibi renati videantur. Quemadmodum Epicurus, qui se solum sapientem professus est, quiq̃ue à discipulis adorari voluit, cùm Preceptores suos petulanter contemneret. Vel sicut Palæmon ille Grammaticus, qui iactabat secum natas & perituras literas, & qui rursus omnes aui sui quanquam doctissimos habebat contemptui, adeò vt M. Varro-

Palæmon.

*Gorgias
Leontinus.*

nem Porcum appellaret. Vel Gorgias Leontinus qui in maximo literatorum hominum conuentu poscere ausus est, de qua re quisque audire vellet, de quouis subiecto sermone differere. Vel Menecrates medicus, qui louis cognomento delectabatur, quiq̃ue Agefilao regi sic scribere, Menecrates Iupiter Agefilao regi salutem, non erubuit. Vel & vltimò

*Menecra-
tes.*

*Satanas
arroganti-
um pater.*

Satanas, qui regi regum, & domino dominantium, dicere ausus est, si cadens adoreris me, tibi dabo omnia regna mundi, cùm tamen Domini sit terra, & plenitudo eius. Cuius imitatores non modò fuerunt ij, quos paulò antè retulimus, verùm alij multo plures, præfertim Cato Maior, qui dicebat populum Romanum longè maiora Catoni debere, quam populo Romano Catonem. Nec

*Cato Maior
Sathan & i-
mitator.*

non

non Chrysippus qui se omnia scire solus profitebatur, atque aded, vt vulgus Ironice diceret sæpè, solus Chrysippus sapit, ceteri velut umbræ agitantur. Quod & Hippias tota Gracia audiente de se prædicare ausus est. Quid quod Sextus Pompeius, Magni filius, victoria nautæ elatus, Neptuni filius vocari voluerit. Deq; militari disciplina corâ Hannibale Phormio delirus senex disputare nil veritus sit. Qua mentis ebrietate cæca profanos effascinante spiritus, nec caruit egregius ille pictor Zeuxis Heracleotes, quem, cum athletam depinxisset, inuisurum potius pictorem quàm imitaturum, subscripsisse ferunt. Helenamq; aded eleganter, vt talem nec partu Lædam edere potuisset affirmaret, nec Homerum diuino ingenio suo versibus exprimere. Inò quod opera donabat dicens, ea ratione se id facere, quoniam parem nõ inuenirent emptorem, Nec Parrhasius se artis principem esse prædicans. Nec ex recentioribus, Donatus Florétinus sculptor, facilè cum antiquis comparandus, prodigiosa hac ambitione ardens. Qui cum Florentiæ in sublimi parte maioris templi D. Mariæ statuam sculpsisset, & mirum in modum sibi placuisset, eidem colaphum impedit, exclamans, loquere, quasi viuam effecisset, nec aliud maius posset ab ea desiderari. Et vsq; in diem præsentem vocatur, Il Zuccone di Donatello.

Dicebat rursus Democritus à nullo in ostendendis lineis se victum fuisse. Attila vocabat

*Chrysippi
stultitia.*

Hippias.

Pompeius

Magni fi-

lius.

Phormio

corâ Han-

nibale de

mitta di-

sputare au-

sus est.

Parrhasi-

us se princi-

pem picto-

rum dixit.

Donatus

Florétinus

sculptor.

bat se flagellū Dei. Tamerlanus Scythā, gen-
tium terrorem. Optimum erit igitur nomen
arrogantis non subire (vt diximus) hanc infa-
mia notam effugere, & cum Lycida Vergi-
liano potius canere:

Me quoq; dicunt

*Vatem pastores. sed non ego crudelus illis.
Nā nec adhuc Vuro Videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter st. eperē anser olores.*

II.

Voluptas traria sit, huius mundi voluptas: quae vbi ali-
bonest. cuius sensu penitus implicata infidet, is imi-
mitatrix, taticem quidem boni, sed malorum matrem
malorū & habet omnium. Virtus enim, teste Palingenio,
ro omnium aut salua cōscientia in voluptatis regno con-
mater. lib. sistere non potest, cum de voluptate,

3 fol. 45. lo Principio, non est, vt forsā creditis, inquit:
cū diligens Hac Dea: nec prorsus diuinum de sanguine cre-
lector inue ra,

nitet, quem Ad quam nunc itis, cuius vos iungere castris
ostendisse O caci cupitis: sed dira & pessima Erinnyis,
bic suffi- incautos blanda semper sub imagine ludens:
ciuit. Promittensq; fauos, aloen infida ministrat.

Neu vos dec. piat, facies quod pulchra, quod
extra

*Tota nitet gemmis atq; auro, nanq; sub ipsa
Nescitis quā sit turpis, quā sordida vestis,
Intus mille latent menda, perditq; clientee
Ipsa suos, falsa captos dulced: ne sicut
Perduntur pisces quos fallit arundine longa
Piscator, dum littoreas demittit in undas (res.
Etilu, sedēs scopulo: atq; hamos tenet esca laten-*

lib.

Illi concurrunt avidi, rapiuntq; tenaces
 Ore cibos, si d. mox haerent, ac fila sequuntur.
 Nō tantū Libyca Syrtes, vel tecta nefandi (bdio
 Antiphata, vel Scylla vorax, vel saeva Chary-
 Vel quodcunque aliud, quantum est fugienda
 Voluptas.

Cauendum igitur, & summa cum indu-
 stria nitendum, ne ratio domina omnium &
 Regina in laudabilibus & inhonestis illis ani- *Rationē do-*
 mi vnquam succumbat affectibus. Nam rui- *cer & fas*
 nam istam plerumque peccata, paupertas, & *est impu-*
 quavis sequitur ignominie. Sensus volupta- *ris, & pro-*
 tis nostrae si quis est, ad breue exiguūq; horae *hibitus illis*
 tempus durat: Et quavis illam impunitus per *imperare*
 totum vitae curriculum, quod tibi natura cir- *affectibus.*
 cum scripsit breuissimū, exerceas, vix quadra- *Fragilis hu-*
 ginta (quod ipsum rarissimū est) in illis gau- *ius volupta-*
 diis transactos habebit annos. Quod si iam il- *us cum a-*
 lam fragilem infirmamq; aeternae damnatio- *terna dam-*
 ni conferas iucunditatem: quanto tibi empta *natione col-*
 constabit dolore? Considera gaudium vnus *latis, an an-*
 momenti & aspice poenam integri anni, & vi- *tium differe-*
 debis quā iniquissima inter se distent pro- *r. ille.*
 portione. Nam aeterna felicitas huic breuissi- *simū d. h. m.*
 mae vitae stadio, velut umbra soli comparata
 apparet, quod certè omnibus modis iudicioq;
 indefesso ponderandum, nec populari, sed di-
 uina examinandum trutina videtur.

Id certissimum est, quod nemo in hoc ex-
 ulceratissimo seculo absq; vitiis viuere facile
 possit.

Ve meritò aliquis cū Terentiano illo De-
 mea

mea exclamet: ò coelum, ò terra, ò maria Neptuni, ò tempora, ò mores. Quàm miserè illa antiqua integritas, fides, probitasq; refriguit. Iam nisi quis omnis plenus flagitij, dedecoris, que sit, contemptissimus despectissimusque ab omnibus reputabitur. Eò proh dolor, res rediit, vt si quem videant, qui nihil atrox, nihil malitiosum, animo concipiat, vitamque puram & simplicem sine omni ad decipiendum astutia honestissimè sanctissimeq; degere exoptet: illico exclament omnes, eum hominem nec mundo, nec Deo inferuire, nec vlllo officio, conditioneue honestiore dignum esse. Id certè multos commouet, vt amicorum causa grauissimos in errores se interdù sua sponte precipitent atque demergant. Sed vir bonus ad hæc nequaquam respiciet, sed potius in animum reuocabit secuturam veloci pede immedicabilem Dei irati vltionem. Certè communis illa hominum rerumq; parens Natura constituta in libra, fluctuare videtur. Et iuxta versum celeberrimi nostri Poëtae P. Lotichij Secundi verè de hac mundi senectâ dicere licet.

Voluimus huc illuc, Veluti spoliata magistro

Cymba per Ægeas naufragâ fertur aquas.

Imminet dies iræ, dies calamitatis appropinquat, sicut fur in nocte hora domini. Perceat quod mihi concessum non est, si non in supremo, in infimo apparebo splendoris gradu, minusq; periculi curæq; ex eo ipso nascetur. Si enim alto in Imperij domicilio collocatus

H. S.
Iustus & b.
que iacet,
contemni-
tur & indiq;
iustus.

catus non sum, altè cadere non possum. In-
 terea meæ licet laboriosissimæ ita satisfaciam
 vocationi, vt reposcèti Deo optimo maximo
 rationem reddere atq; exponere possim. For- *Nulla est*
 sitan & ipsi mihi meum sufficiet demensum, *excusatio*
 ne mèdicitatis pastu cogar viuere. *peccati, si*
 que enim pro se, Deus pro omnibus. Iniqui- *amici cau-*
 tas autem mundi, aut multitudo errantium, *sa pecca-*
 non excusat delictum. Nec si quis in conspe- *ueris.*
 ctu meo se in puteum aut amnem præcipita-
 ret, sequi eum vllò modo velim.

Reprehenditur Ecclesiasticarum persona- *IIII.*
 rum dissoluta & flagitiosa vita, qua omnibus *Sacerdotiũ*
 scandalo sunt, ita vt suæ ipsius autoritati o- *flagitiosa*
 mnem dignitatem detrahant. Illi ipsi enim *reprehendi-*
 qui debebant docendo verbum Dei, & vita *tur vita.*
 sanctissimis moribus imbuta populo præite,
 viamq; iustitiæ ignaris preparare: Hi omnes
 eorum exempla doctrinamq; sequutos mi-
 ferrimè deperdunt, & Abyssi in speluncam
 sulphure igniq; inextinguibili ardentem con-
 iiciunt. Nam id omnibus apertum est, hæcte-
 nus tam sceleratam omnium scelerum collu-
 uionem inter Pontificios regnasse, vt non
 mirum fuisset, si repentinis eos terra hiatibus
 absumpsisset. Ibi nihil nisi omnes volupta-
 tum libidinumq; illecebræ colebantur, quas *Luxus mo-*
 qui aspernabantur, sine periculo capitis eua- *nasteriorũ*
 dere talium manus vix poterant. Cuiusmodi *adhuc in-*
 adhuc hodie infinita reperiuntur monaste- *ter pleros-*
 ria, quæ luxu diffluunt insatiabili, quod vni- *que Abba-*
 cum certè multos in detestationem & con- *tes.*
 temptum

temptum Ecclesiae incitauit, & nostro adhuc instigat tempore. Quod & ipsum detestabile abominandumque est, doctrinae enim potius quam malis eorum operibus adherere tales debebāt. Si enim aliquid animaduertis quod maximè eos dedecet, tibi ab illo praeueas malo. Tuum non est rationem vitae ab altero reposcere, sed vide ut tuae possis reddere. Si peccauerint, tu pro iis non respondebis nec satisfacies: Ipsimet onus Aetna grauius sustinent, eorumque societas aut familiaritas tibi in inferno nihil proderit. Quapropter hominum istorum turpitudine te ab impia vita abstertere debet, tuque Deum, ut à populari lapsu multo varioque tuam continere temeritatem possis, etiam atque etiam indefinenter precaberis.

Admonetur hinc etiam officij sui Magistratus, ut non solum omnibus subditis, verum etiam posteris suis sint vita candidissimè peracta omnis nobilitatis initium & virtutis exemplum. Nam cum Abbas ipse tesseras mensae apponit, fratribus colludere inconcessum non est. Quis enim eum feret, qui quod ipse factitat, in aliis reprehendit? Vnde rectè Cato inquit:

*Quae culpare soles, e me tu feceris ipse
Turpe est doctori, cum culpa redarguit
ipsum*

Inexcusabilis propterea est Magistratus, qui de alterius errore, in quo ipse versatur, iudicat. Nam bene dicere, & male operari, nihil aliud

aliud est, quam propria se dānare voce, quod
stultis conuenit.

Et sanè difficulter vulgus superiorū ma-
lifacta conspiciens se corrigi aut emendari pa-
titur: Et sic priuatis omnium scelerum ma-
gnitudo crescit inimicitiiis.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Quòd mala seducant exēpla & lubile & vulgus,
Pluribus hic Vulpes testificata docet.
Cur Proceres, cur me Romana palatia & exēt?
Si faciam, quod me lexq; pudorq; iubent.

Grimhande, dicit Reinike
Considera quid Principum

Exempla sepè fecerint,
Et vulgus vt seduxerint.

Licit nec omnes quispiam

Vocare possit improbos,

Tamen mihi probatius

Videtur atq; certius,

Quòd prater admirabi'es

Mortalium fallacias,

Nefand. supra coniugum,

Excursiones imp'as,

Fraudes dolos, mendacia,

Prastigias periuuria,

Nihil locis in omnibus

Supermanere cernimus.

Rapina, feneratorio,

Et omnium perm'issio,

Ferocitasq; criminum,

Rursus ab
exemplis
Principum
orditur Rei
nike narra-
tionem.

Omnis sce-
lerum col-
lucio hoc
tempore
regnat.

29

*Et liuor ater imperat.
In omnibus turpissimis
Malis iuuentus nascitur,
Et educatur sedulo.*

Probitas
laudatur & In orbe possit & uere.
alget.

*Vt nemo sanctè, vel probè
Aut forte si quis integram
Sectatur innocentiam,
Vbiq; spretum sentiet
Se mille damnis affici,
Vulgiq; crudelissima
Is sustinebit scommata,
Vt longa & uita tempora
Optare nemo debeat.
Nec dignus orbis amplius
Bono & videtur Principe.
Vulgus potentes respicit,
Et quando delirauerint,
Illos sequuntur ilicet
De plebe nati sordida
Et & litionem postulant,
Ceu more fingit & mulo
Humana facta simus.*

Sacerdotū
Vit. & descri
bitur.

*Quod si quis & unum puniat,
Accusat ille protinus
Dei ministros publicos.
Scortum Sacerdos nobile
Iam quisq; nutrit impius,
Omnes, & horum liberos
Superbiores omnibus
Tu iure summo dixeris.
Bonis abusi sordido*

pleriq;

Pleriq; luxu diffluunt,
Et omne Christi maximi
Cæleste patrimonium
Malos in usus collocant.

Grimhardus inquit, Reinike
Status quid ad te pertinet
Aut Clericorum crimina?
Quicumq; Mystra persequi
Munus suum neglexerit,
Pœnas luct dignissimas.
Hic sine facto conticent,
Et Regis intrant lumina.

Greuinki-
us Reinikē
aliorum vi-
tia expro-
brantem
arguit.

COMMENTARIA.

Nemini incognitum absconditumve reor mundum hunc omni perfidia malitiaq; esse plenissimum: sed singulariter hinc calumniatores reprehenduntur. Nam licet hoc in seculo Polypi mentem induas, omniumque te moribus quam prudentissimè accominodes, calumniam hominum euitare non potes. quia pestis hæc ubiq; semper inualuit, suoque tempore quisq; detractores habuit: Homerus Sagarim, Xenophontem & Zoilum: Hesiodus Cecropem, & Xenophanem: Simonides Thimocreantem, Pindarus Amphimenem: Alcibiades Hyperbolū: Thales Pherecidem, Anaxagoras Sofybiū, Cicero Clodiū, Scipio Carbonem, Plato Aristotelem, & Eubulidem: ipsæ deniq; non magni calumniæ faciendæ sunt. Maximè quia sic obtrectat etiam Luscinjæ cuculus. Et quia regium est (dicentibus)

N bat

Alexandri magnificū dictum. bat Alexander) cū benè feceris, malè au dire Nostri fufius, maledictum si ex leuitate pro-

Zoilus Sophista Homeromastix.

cesserit cōtemneret, si ex infania, miseratio-
ne dignum fore, si verò ab iniuria, remitten-
dū. Verūm quod effrenati oris, atq; iniuste
amentiae finis sit infelicitas, tum quae detra-
ctorum merces, visum est iis Ronchis, Sifen-
nis, Barrisq; ostendere sequentibus exemplis.

Zoilus quidem Sophista, ausus pluribus
commētariis Homerum lacerare, Ptolomæo
Regi Aegypti eos obtulit, ingens se sperans
munus à Rege assecuturum. Cū verò nihil
mitteretur, penuria coactus misit, qui pete-
ret. Ibi Ptolomæus se mirari ait, cū Home-
rus iam olim vita defunctus, tot millia homi-
num pasceret, Zoilum Homero doctiorem

Memnon.

egere, eumq; occasione oblata supplicio affe-
cit, atq; is Homeromastix dictus es. Memnon
pro Dario contra Alexandrum pugnans, cum
militem è suis unum nefaria contra Alexan-
dram obloquentem audiret, lancea illum
percussit, addiditque: ego te pascō vt pugnes
contra Alexandrū, non vt maledicas. Daphi-

Daphitas Grammaticus.

tas Grammaticus, cum versibus reges inceffe-
ret, ab illis crucifixus est in monte, qui Cho-
rax appellabatur. Xenophanes Colophonius

Xenophanes Colophonius.

Homeromastix, cū apud Hieronem Sic-
liae regem, suam lamentaretur paupertatem
quod vix à se duo famuli possent nutriri, A-

Opilius

Homerus, inquit, cui tu detrahis, plus quam

Macrinus

decem millia hominū alit vel mortuus. Op-

Imperator.

lius Macrinus imp. delatores, si nō probare-

capitis supplicio afficiebat: si probarēt, delato *lib. 49, di-*
 pecunię pręmio infames dimittebat. *gestorum.* Martia-
 nus Non tantum ait, delator punitur, si non *Martialis*
 probauerit: sed & mandator, quem ipse exhi- *in maledi-*
 bere debet delator. *Martialis* in Mamercum *cum epi-*
 maledicū scripsit hoc epigramma ad Aulum: *gramma.*

Vt benè loquatur sentiatq; Mamercus,

Efficere nullis Aule moribus possis:

Pietate fratres Curios licet Vincas,

Quiete Nervas, comitate Drusones,

Probitate Marcos, equitate Mauricos,

Oratione Regulos, iocis Paulos,

Rubiginosis cuncta dentibus rodit,

Hominem malignum forsan esse tu credis,

Ego esse miserum credo cui placet nemo.

Agefilus maiori odio calūniantes, q̄ fures *Agefilai in*
 infectabatur. Aduersus calūniatoris morsum *calumniator*
 non esse remediū, ait Aristophanes in Plut. *tes odium.*

Et quidē adeò iniquo sunt animo calūniato-
 res isti, vt putēt et obrectatione alienę scien-
 tia, famā & glorię fumū, veluti templi Ephe-
 sini incēsor ille, sibi posse aucupari. Vnde Hip *Hippasus*
 pasus Metapōtinus Pythagoricus detracto- *Metaponti-*
 rū calumnias veritus, scriptū nihil reliquit si- *nus Pytha-*
 lentioq; perpetuo tacuit. Pyrrho eodē pудо- *goricus;*
 re percitus, cōpluresq; alij doctissimi & præ- *Pyrrho.*

stantissimi viri. Pręsertim quia eorum natu-
 ra est, laudabilia tacere, calumnias quarere,
 Theonino dente ledere, nec cominus cum vl- *Calumniis*
 lo congregi, sed à tergo sparsis probris homi- *tores con-*
 nem contaminare. Sed hoc hominum go- *temnendi*
 nus (vt dixi) contemnamus & cum Plinio planè su-

dicamus: Optima quæque malunt contem-
nere pleriq; quàm discere, reperient aliquâdo
similes labra lactucas, continget malo nodo
malus cunous. Putemus autem semper nobis
nec animum nec ocium esse, cum hac luctari
scabie, quodq; reprehensiones vitare non po-
test, nisi qui omnino nihil dicit aut scribit.

*Quod nobi-
lissimū sit
in homine
remediū
contra ca-
lumniam
ostenditur.*

Quare nobilissimum quidem est in homine,
de omnibus benè & placidè loqui: omniaque
cādido & beneuolo interpretari animo. Ob-
lique autem diffamari hac nos consolatione
sustētābimus, vt ab ipso nobis caueamus fla-
gitio, mendacia enim per se euanescūt. Scripsi
super hac re elapso anno ad Episcopum Vien-
nensem, D. Urbanum, cūm & ipse inter calu-
mniatores medios agerem, Dialogum de in-
fāmia, in quo prolixius paulò de hoc hominū
genere tractatum fuit. Dicendū hīc etiam de
aliis notabilib. flagitiis esset, vt de adulterio,
latrocinio, scortatione, odio, inuidia, vsura,
ira, mendacio. Sed quia singula sacris literis
satis diffusè tractātur Ecclesiæ ministris, piis
que concionatoribus discutienda latius hac
relinquo.

II.

Notatur scurrilitās & incōstantia plebis,
quodcunque enim proximum ipsi arridet, in
id toto rationis fertur impetu. Rari autem
paucorum honesta & bona imitantur exem-
pla. Idcirco non ea, quæ plurimi aut penè o-
mnes, sed illa quæ pauci faciunt, exprimer
atq; cōsectari debemus. Nam id quod pleriq;
agunt, plerumq; etiam vitiosum est, Quare
totum

totum mundum videres ruere ad infernum,
eò magis extimiscendum tibi considerandũq;
foret, pœnam diuinam non procul abesse, sed
tempus instare, quo vitæ emendatio requira-
tur, vt certam officij tui rationem æterno iu-
dici reddere valeas.

Quandoquidem autem multitudine po-
pulari nihil insipientius, insolentiusq; inue-
nitur, sine consilio enim præceps, torrenti si-
milima ruit, iudicium eius omnino cõtemni
debet. Vulgus enim haud immeritò conu-
meratur inter malas bestias, fexq; plebis est,
quæ semper bonos odit, sui verò similes amat
& diligit. Ex quo Nasica à Senatu optimus
iudicatus, ob id repulsam bis passus est. Co-
riolanus, Camillus, innumerabilesq; alij, ho-
nestissimi ciues contumeliis à populo affecti.
Aristides cognomento iustus, hoc solo pro-
scriptus. Socrates mulctatus morte, nõ modò
hominum consensu, verùm etiam Apollinis
oraculo sapientissimus existimatus. Vulgus
fabulosas orationes libenter audit, imò liben-
tius quàm salutaria præcepta, calumniis faci-
lè credit. Pessimus rei benè gerendæ auctor,
paucæ è veritate iudicans, ex opinione verò
multa. Amicitias vtilitate probans & dånans
quæ nescit. Et breuiter in eo non modo nõ est
ratio, non (vt diximus) consilium, non mode-
ratio, non discrimen aut diligentia, verùm et-
iam improbi plurimi, & vt quisq; audacissi-
mus est, ita plurimum gratia & auctoritate
pollet. Proindè qui gratum facere vulgo stu-

*Nihil mul-
titudine er-
rantium stul-
tius est.*

*Fex plebis
semper bo-
nos odio
prosequi-
tur.*

*Vulgus f. b.
balis vere-
tatem pra-
fert.*

*Vulgi ani-
mus cele-
ritas de-
scribitur.*

det, non vtilissima, sed nugacissima quaeque dicat & faciat, quia nullam excellentiã a quo animo ferre potest, nec mente vtitur sed abutitur, iudiciaque eius turbulenta, & omnino inconsiderata. Ideo prudẽtes stultitiã ipsius feruire non debent, nec pecorum ritu sequi antecedentium gregem, pergentes nõ quò eundum est, sed quò itur. Hinc vulgarem substitutionem, & quæstionem nostri appellarunt, id est vilem & quam quilibet ex vulgo facit. Et vulgarem vxorem ex vulgo. Et vulgarem actionis formulam ad exceptionem. Et vulgare pactum, & filium vulgò quæsitum, qui non nascitur ex iustis nuptiis, & vulgarem clausulam. Quodque vulgaris actus à iure improbatus est, si non producat effectum legitimum. Et vulgare quid, hoc est illiberale, si vnum filiũ fecerit, alium verò priuignum, quando quidem sit inter eos seruanda æqualitas. Sed hæc ad Iurisperitos potius pertinere videntur, quare de vulgo pauca declarasse sufficiat.

III. Nemo dubitat propter immania & peruersissima delicta orbis Remp. interdum per crudeles & flagitiosos puniri Monarchas. Præcipuè cum populus tanta demetia hodie deprauatus sit, vt etiã Magistratum quamcunq; viam ingredientem, & omnia tentantem, quò vocationi suæ respondeat, calūniatur, irrideat, mendaciis oneret, insidiisq; passim clãdestinis adoriatur, ita vt longè deteriorem à Deo promereri indies soleat, Stultitia igitur

*Mundus à
Deo bonũ
magistra-
tum ob va-
ria scelera
amplius
non mere-
tur.*

igitur extremaq; obcecata amentia deliri vi- *Anabapti-*
 dentur anabaptistæ, qui somniant Magistra- *staturū in su-*
 tum aut plenè perfectèq; debere officio legi- *na decla-*
 busq; morè gerere, aut imperij honorem de- *ratur.*
 ponere. Superius diximus Magistratū si bo-
 num nactus es, habes de quo indies Deo gra-
 tias agas. Sin malum, qui scis tibi in poenam
 an gratiā positus sit, tuum propterea de eo li-
 berius iudicare non est. Quamobrem omnes
 sine discrimine magistratum qualemcunq; &
 Deo constitutum reuereantur, colantque: &
 in omnibus ciuilibus honestisq; actionibus
 Deo gratiam habeāt. Præsentem enim quem
 habes nosti, futurū ignoras. Prætereā nemo *Seruus &*
 exemplo peccantis Domini se commoueri si- *domino dis-*
 nat, vt eius vitiosis vestigiis statim insistere *criminis*
 velit. Plus enim semper in hac vita dominis *plurimum*
 licet quàm seruis. Etiam si autem potētia sua *habet.*
 abutitur dominus legesq; sacrosanctas con-
 tumaciter violat, propterea tamē eum domi-
 natu suo seruus pellere non potest, multò mi-
 nus eundem supplicio afficere debet. Id enim
 Deo soli committendum est. Quare vbi per-
 uersos domini mores famulus imitatus fue- *Dei est pe-*
 rit, exempla eum non excusabunt, sed suas iu- *nire dome-*
 sto tempore luet poenas. *nos si erra-*

Detestabile igitur videtur, cū vulgus *uerint.*
 primatis sui vitia æmulatur, & ipsa corrigere *Magistra-*
 studet, quod magistratus nullo modo ferre *tus à fece*
 debet, ne eius confundatur authoritas, aut *plebis non*
 funditus eradicetur dignitas. Hoc idcirco *patiatur se*
 à me toties repetitur, quod nec his primo- *corrigi.*

ribus à Deo iã ordinatis, digni esse videamur, cum longè peiores imo pessimos nostris pro-meriti finis flagitiis. Tamen nec hic vllius tyrannidem, aut alium crudeliorem domina-
tum à me cõfirmatum velim: sed id quod te-

*Pluriã la-
psia nemi-
nem iusti-
ficare põt.* xtus requirit, breuiter significo. Ne quis aut Ecclesiasticarum aut populariũ personarum auctoritate & exemplo ad malè agẽdum im-
pellatur. Earum enim lapsus nihil te iustifi-
cat, neq; tales in inferno pro te cruciabuntur, sed quisq; suum exoluet debitum.

IIII.

Accusatur hĩc præcipuè spiritualium per-
sonarum status, & multa de his amarulenta
& dura textus cõmemorat. Verũ quia cun-
cti eas conuitiis proscindere & insectari solẽt,
nos ea obiter percurremus saltem: huncq;ue
per breuem sermonẽ in duo partiemur mem-
bra. Ecclesiasticorum duo genera sunt homi-
num, alterum eorum qui sub matrimonio vi-
uunt, & se euangelicos nominari volunt. Al-
terum qui coelibatui adherent, & Pontificiis
se addixerunt ritibus. De vtriusq; autem quo-
tidianæ extant querimonie. De illis qui vxo-
res habent, conqueruntur quod sint auari &
insatiabiles, rapiant, furentur & compilent,
quodq; liberos suos vxoresq; in omni super-
bia & splẽdore, more nobilium educant. Imò
arrogantia & contumacia animisq; inflati
antiquitati generis nihil cedant, viuant in de-
litiis, multa effutiant & doceant: ipsi verò ni-
hil horum operibus demonstrent, adhæc in-
uidia, ira, odioq; flagrẽt aliisq; in finitis vitiis
immerfi succũbant.

De

De his qui cœlibes esse nituntur, rursus aliæ *Alterū ge-*
 nascuntur querelæ, quod domi suæ nescio *nus est eo-*
 quas meretrices aut lupas alant, & quando il- *rū qui cœ-*
 lud scortum displicer, cum altero quod pro- *libes esse ni-*
 ximum est, voluntantur. Ciuum quascunque *tuntur.*
 coniuges filiasq; fallere possunt, liberrimè vi-
 tiant. Et si quam diutius secum retinent, ita
 vt ~~liberos ex ea procreent~~, & illos nobilitari
 volunt, nullis dignitatibus, præbendis aut ho-
 noribus se expleri sinunt. Mercantur & nun-
 dinantur, quo splendidius & magnificentius
^{illud} ~~spurijs~~ illi vestiuntur atq; alantur. Alij quot-
 annis censibus amplissimis, & tributis Prin-
 cipum maximis indigent, nec paruo esse con-
 tenti possunt. Quæ omnia non in licitos aut
 honestos vsus, sed comestationes, conuiuia, a-
 leam, nutrienda scorta, & omnes voluptatis
 illecebras per luxuriam effundunt, & omnes
 fortunas consumunt: immemores officij quo
 pacto intereà oues commissæ regantur aut
 pascantur.

Ad coniugatorum vitia quod spectat, cer- *Coniugati-*
 tē eos omni ex parte excusabiles non video, *sacerdotes*
 sed plurimos in grauissimis malis deprauatos *omnino*
 herere. Quamquam ita ferè se res habet, vt si *excusari*
 iam centum aut ducenti quotannis Ecclesiæ *nō possunt.*
 ministro numerentur aurei, omnes illicò ob-
 strepant: Auaritiam eius insatiabiliter bonis
 expleri. Sic vbi pauper aliquis parochos an- *in hoc*
 nuos suos redditus reposit, aut de diminutio- *in falter.*
 ne eorum cōqueritur, rursus eum satiari nō
 posse omnes oblatrant, nemine intereà con-

*Lege hac le-
ctor, & pon-
derata te-
cum consi-
dera.*

fiderante, quid ipsi in quotidiana deficiat su-
stentatione. Olim omnes lubenter sacerdoti-
bus bona sua impartiebant & communica-
bant, vt sæpè vnus tantum eleemosynæ, quan-
tum iam solarij duobus datur, acceperit. Iam
si omnes prouincias, vrbes, oppida & vicos
sursum deorsumque cursites, vix obulū, quo
restim emas, in gratiam omnium sanctorum
accipies: Adhæc vigiliæ, decimæ, sacra pro de-
functis, & huiusmodi multa abrogata & ir-
rita facta sunt. Considera iam temporis no-
stri calamitatem & longè eam grauiorem
quam olim videbis. Mercator ea quæ coëmit,
semper studet carius vèdere, quàm ipse emit,
ita vt semper aliquid lucrifaciat. At sacerdos
idem semper solarium habet, siue frumenti
modius vno aureo, siue in caritate annonæ
tribus aut quatuor detut. An igitur operarius
nō dignus mercede sua tibi viderur? An cum
vxore & liberis suis ostiatim victum quære-
re debet? Si prius rudi indoctoque sacrificu-
lo scortum, cum aliquot spuris sustentare
coactus es, qui nihil tibi in extremo spiritu
solatij conferre potuit, & fabulas potius ani-
les, quàm verum Euangelij textum recitare
ausus fuit, quid obstar, quo minus honestum
& bonum virum, cum coniuge fidei, liberis-
que de mendicitatis pastu eruas? Hoc itaque
apertum est, quòd pauci pastorum pagano-
rum in abundantia rerum viuant, & de aua-
ritia eorum conqueri necesse non sit. Sin verò
urbanis affluunt diuitiæ, eò maiores etiam
sumptus

sumptus in vrbibus facere coguntur. Dignus enim est fidelis Dei seruus, vt honestam, non *Dignus est operarius mercede sua.* bestiarum more vitam exigat. Quamuis autem ducentos quis habeat quotannis aureos, anno exacto parum, aut nihil ipsi restat: Nec æquum est, vt omnes liberi eius bubulcos agant. Quisque iam eorum aspernatur filios, quibus si parentes è vita demigrantes nihil relinquerent, vbique contemptissimi & abiectissimi haberentur. Consideret iam quisque quo amore suos prosequatur liberos, vt mea sententia fideli & bene instituto, edoctoque Ecclesiæ præfidi, satis pro labore numerari vix posse censeam. Id tamen sedulo cauendum, ne quis bonis Ecclesiasticis, ad luxuriam, honores, voluptates, odium, iram, contemptumq; proximi abutatur, vt scandalo cuiquam existat. Nam in eo, quòd liberos benè fideliterq; enutrire desiderant, reprehendi non possunt.

Hic autè posset exoriri quæstio, an melius *Quæstio* sit Sacerdotibus prohiberi mulieres, aut con- *vulgaris à* cedi, quia nullis impediti curis domesticis si- *vulgo in* delius diligentiùsque officio suo satisfacere *veranque* possent. Aduersus id mouetur contraria quæ- *partem ob-* stio, an melius sit nubere, quàm vri: & vtrum *iecta dissol-* præstet cum scorto, aut fideli & honesta vxo- *uitur.* reuiuere. Hoc dissoluit Paulus, affirmãs me- lius esse nubere quàm vri. Quamobrem igitur iubentur sacerdotes vri, & prohibentur à ma- trimonio? Scilicet respondent: quia Christianũ & diuinum est, in sancta & bona militare

militia, & castigare suam carnem, vt castus fi-
 as & mortificetur in te vetus ille Adam, nec
 fragilibus in seruias rebus, quæ à seruitio Dei
 abstrahunt, sed mādāta eius maiori cum spi-
 ritu & feruore exequi possis. Quod licet pla-
 nē absurdum aut contemnendum non sit, ta-
 men iuxta Pauli sententiam errare videntur.
 Nam quis in rerū natura extitit qui se leges
 Dei perfectē complere potuisse gloriari ausus
 fuerit? Nimirum si omnes Sacerdotes, qui &
 viuunt & victuri sunt, D. Pauli, & S. Iohan-
 nis Baptiste à vestigiis ne latum vnguem dis-
 cederent, aut electi serui Dei forent, facile o-
 mnis sopita fuerit disceptatio. Quia autem
 tales non sunt, à cogitationis peccatō se con-
 tinere nullo modo possunt. Quod si cogita-
 tione peccant, vruntur, & sequitur quod me-
 lius sit nubere, quā vri. Quod si consulerēt,
 vt D. Paulus monet, abstīnēdum esse illi, qui
 continentie donum habeat, eos meritō audi-
 remus. Verūm isti deridendi esse vidētur, qui
 sine coniugis conuersatione ardētius nos Deo
 seruire posse contendunt, & sacerdotibus con-
 iugium interdiciunt. Quod tamen nec ipse
 Paulus conatus est, qui ex S. S. gratia plenius
 sciuit, quid vtile æquūque foret, quā om-
 nes Episcopi & Pontifices. Vnde in plures
 animi fluctus, mentis procellas, & cogitatio-
 nes malaque opera tales coniciuntur, ma-
 gisque à diuinis absterrentur officiis, quā
 si legitimo vterentur connubio. Sed quia &
 hodie paucis & rarissimis matrimonium de-

extrè cedit, meam sententiam hac super re Deo optimo maximo, eiusque sponsæ lectissimæ, Ecclesiæ nimirum vniuersalis iudicio subiectam volo.

Suprà etiam monuimus, propter errantium multitudinem neminem iustificari, caueat igitur sibi quisque, ne aliorum erratis innitatur, quicquid enim alterum confundit, tibi eandem inurit ignominiam.

Quiuis ferè ^{quæ nulla officio sumitur} idiota & rusticus non doceri amplius, sed docere & reformare suum & hominibus studet Parochum, quod & ipsam detestabile est. Quod si in peccatis ille viuit aut flagitiis immerfus est: à legitimo magistratu corrigatur: tibi non congruit: vt vitia eius diligentius quam verba obserues. Te primum recognosce, & satis superque, quod emendes, inuenies. Nec id quoque dixerim, quod sacerdotum lapsus notari non debeant, sed ne quilibet insulsus & quadratus rusticus, qui melius ligonem tractare, quam literas nouit, Sacerdotes contemnere, vituperare & corrigere, nec non de arduis & spiritualibus rebus disputare & cum aliis conferre audeat.

Vt quisque suo muneri & vocationi fideliter præsit, quod si secus fecerit, periculum quod illi imminet, alter non perferet. Quisque igitur sibi ipsi proximus sit, & cautè prospiciat.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

Simia Pontificis perstringit facta, quòd omnis Romana Virtus exulet acta domo.

N 7 Hec.

V.

N. B. Et ab

illo, quod

in proximo

malum co-

gnoueris,

abstineas.

VI.

Rusticorum

insolentia.

Carrogantia

hoc præ-

cipuè secu-

lo regnate.

VII.

Heu mihi, Simiolas quot temporanostratule-
runt,

Facta magistratus qui vitiosa notant?



Martinus
hic appella-
tur simia,
suo enim
festo mul-
tos plerum-
que efficit
simias.
Martini ad
Reinikon
oratio.

Venisse vulpem Reinikon
Martinus intellexerat,
Qui tecta Roma quarere
Longinqua destinauerat.
Is Vulpe visa protinus
Eratrem salutat talibus:
Amice iucundissime,
Aequam memento perpetuo
In rebus afflictissimis
Seruare mentem Reinike:
Tu sicut in successibus
Et sortis alma commodis
Non alta tollis corona,
Sed vela rite turgida
Vento secundo contrahis.
Nam Vulpis alta subdola
Nihil

Nihil latebant simium.
 Ex arce cordis intima
 Altum trahens suspirium,
 At proterius Reinike.
 Martine rursus aspera
 Perferre cogor fulmina,
 Minasq; sortis perpeti:
 En rursus indignissime
 In iura ducor & litima,
 Vocorq; quavis crimina.
 Legatus ecce Regius
 Rursus mihi grauisimum
 Verbis diem denunciat,
 Ut mille totus anxys
 lam concoquar mæroribus.
 Sed spes tamen relinquitur,
 Tot inter infortunia,
 Fouetq; vitam credulam,
 Quod nempe liber omnibus
 His euolabo vinculis,
 Et dignitatem pristinam.
 Mei q; famam nominis
 Forti tucbor pectore.
 Id nam remor det vnicum
 Quod sim supremi Præsidiis
 Papa, per acres literas
 Exclusus à fidelium
 Et segregatus cæcibus,
 Persuasor Isengrino
 Quod exitus nequisimo,
 Ut ordinem relinqueret.
 Id, Veru si loqui velim.

Reinike in
 gemiscens
 suam Mar-
 tino recen-
 set calamita-
 tatem.

Vulnus, re-
 morsumq;
 conscientie
 antiquum
 Martino a-
 perit Rei-
 nike.

Fecisse

Fecisse valde pœnitet.

Nam Rege coram maximo

Me pessimis conuictis

Perstringit, & calumnijs,

Omnesq; diras euomit.

Quod si coactus maximum

Adibo Romæ Præsulem,

Heu rebus in domesticis

Incommodi quid perferam?

Nam coniugem cum liberis

Vexabit Isengrinus

Modisq; laedet omnibus.

Nihil tamen negotiis

Curare vellem cetera,

Si liberatus vinculis

Papa forem grauisimis.

Tunc esse vitæ præditus

Integriori crederer,

Meamq; causam rectius

Et verius defenderem.

Nil te molestant talia,

Martinus inquit, Reinike.

Cras quando mater Memnonis

Diem reducet aureum:

Adibo Romæ Præsidem,

Armisq; causam prouidis

Tuebor hanc prudentia,

Nec te propinquum deseram,

Sin à me curis confici.

Enitar atq; sedulo

Vt, quod reposcis exequar.

Quin Urbis alta maximum

Causam
quare à
sumis. o pō
tifice excō-
municatus
fit, ostendit
Reinike.

Martinus.
Romā con-
tendēs Rei-
niken con-
solatur,
quod eius
causam a-
pud sum-
mū ponti-
ficem actu-
rus sit.

Inius citabo Praesidem,
 Nouasq; lites ingeram.
 Nec huc reuertar amplius,
 Quouq; finem viderit
 Sortitares prosperrimum,
 Mihiq; patris optima
 Scribatur absolutio.
 Nec me latet coemptio,
 Qua Rom. i fallax vtritur.
 Cursusq; gentis Italia
 Vel ante lustra quatuor
 Mirabiles cognoueram,
 Vi fraudis haud sim nescius,
 Ad hoc tuum quae plenius
 Requiritur negotium.
 Illic amicis plurimis
 Meum Simonem praefero,
 Qui dignitatis in gradu
 Est collocatus splendido,
 Qui fert opem promptissimam
 Placatus amplo munere.
 Huic proximus Schalcks fundius,
 Et Doctor Heischgeldt aſidet.
 Fraterq; Greiffzu cum suis
 Nos aſſectis amplectitur.
 Iam mensis ante tempora
 Ad Praesulis palatium
 Transmisimus pecunias,
 Quibus parantur omnia,
 His aucupamur gratiam,
 Nec non fauorem Principum.
 His eleganter omnium

Martinus
 se fraudis
 Romanae
 haud igna-
 rum ostendit
 Martinus
 Romanos
 amicos e-
 numerat,
 Simon I.

II.

Schalcks-
fundius.

III.

Doctor
Heisch-
geldt.

IIII.

Greiffzu.
 Martinus
 pecuniis
 Romanae plu-
 rimam posse
 confici de-
 monstrat.
 Martinus
 suae uxoris
 Virtutes de-
 pingit.

Conuello causas hostium.
 Et propter amplitudinem
 Tuam vel omne perferam
 Onus laboris ardui.
 Quare nihil tristissimis
 Palleſce cuius amplius.
 Hic Vxor ecce Regia,
 Coniuncta nobis federe
 Qua conjugali maxime
 In Regis inſeſſimi,
 Regalis atq; conjugis,
 Quos vult reponit gratiam.
 Hac fraudibus plenissima,
 Quacunq; vis excogit. is.
 Hanc alloquere liberè,
 Mox ipſa machinabitur,
 Lapsus tuos aſtutia
 Vt nobilitate ſarciat.

Hac in bonis ſententijs
 Excogitandis plurimum,
 Doluſq; & aſtris preualet.
 Et mentis ob clariffimum
 Acumen, oculiſſima
 In iure quæuis perſpicit.

Quin & meis cum liberè
 Deliberatio qua vales.

Quod ſi tibi negauerint
 Edictaturis omnia,
 Fac eſſe poſſim certior.
 Sic grande tu miraculum
 Breui videbis tempore:
 Cum iunioribus ſenes

Viros, & omnes fœminas,
 Totius in Prouincia
 His oppidis amplissimis,
 Papa ligatos offeram.
 Ut hos seuerioribus
 Constringat ille vinculis,
 Ab optimisq; segreget.
 Nam grandiori Pontifex
 Confectus auro tradidit
 Iam res agendas alteri,
 Quod ob senectæ debilis
 Parui aestimetur sarcinam.
 Is ergo Cardinalibus
 Aulamq; Scribis credidit.
 In hac Vocatus nomine
 Est Cardinalis Vngenug,
 Qui pro sua libidine
 Figit refigit omnia.
 Est ipse formosissima
 Amore captus fœmina:
 Quæ nota nobis optimè
 Clam literas huic offeret.
 Hac namq; voto supplicis,
 Quodcumq; poscit impetrat.
 Adhæc Iohan Parteischius,
 Qui ritè Scriba munere
 Amplissimo perfunctus
 Abundat atq; machinis
 Dolusq; plenus omnibus.
 Huc Schleiffius Notarius
 Errare VVendes aſidet
 Vtroq; Baccalarius.

Muta sibi
 præsumit
 Martinus.

Pontifex

Cardinalis
 Vngenug
 describitur

Ioannes
 Parteischius
 Scriba
 Romanus.

Prator

Prator Vocatur Munera,
 Favorq; iudex dicitur.
 Hi tara cui denunciant,
 Is nil queratur amplius.
 Ut hos amicos integros
 Seruem. si debeo maxime,
 Error per illos quilibet
 Grauisimus remittitur:
 Et liberantur horridi
 Quos carceres constrinxerint,
 Et hinc tibi solatium
 Viuum doloris colligas,
 Iam Rex meam sententiam
 Percepit in palatio.
 Sedis Latina maximo,
 Quod te inuare cogitem:
 Ipsi nec est absconditum,
 Benignitate qualiter
 Me prosequantur aulici,
 Nil ergo vobis asperi
 Incommodi ve conferet.
 Memorq; sortis improba
 Recogitabit omnia,
 Beatus horis omnibus
 Quod nemo sit mortalium,
 Nam Diua sana lubrica
 Fortuna soluit omnia,
 Nunc auget hunc honoribus,
 Nunc innocentem cladibus
 Pœnisq; rursus afficit,
 Virosq; iustos sordida
 Mendacitate pregrauat.

Fortunæ in
 constantia
 describitur

Et rebus indignissimis,
 Et impios nummis beat,
 Caduca mundi gaudia.
 Nunc luctus amens occupat,
 Et atra se dignissimis
 Miscet triumphis funera.
 Et in super profapia
 Est simiorum nobilis,
 Magnumq; stemma Vulpium.
 Nostraq; Rex industria
 Et saepe rebus indiget,
 Id te leuabit omnibus,
 Confide, tempestatibus.
 Astuta tum Vulpecula
 Paucis renarrat, optime
 Amice, nec non maxime,
 Solatium quod anxio
 In his procellis arduis
 Tu fluctuanti porrigis,
 Non excidet, dum sidera
 Conuexa adhaerebunt polo,
 Agamq; semper gratias,
 Id pollicetur Reinike,
 Valeq; dicit simio,
 Deinde cum Greuincio
 Leonis intrat atrium,
 Nil gloriosum cogitans,
 Ob partis aduersaria
 Nimis molesta scommata.
 Nam liuor ater maxima
 Plerunq; verbis impetit,
 Quod nostra certe tempora,

Inter Vulpes & Simios & hodie
 coniunctio est arctissima.
 Reinike Martino cōsolanti re-
 spondet, & gratias agit maxi-
 mas.

Modis

Modis probant quam plurimis
 Quicumq; sese continet,
 Malisq; factis abstinet,
 Vitaq; viuit integer,
 Pietas ubi- Is pondus est inutile,
 que iam ex Peпоq; terra dicitur.
 ulat. Quis non procellas seculo
 Instare credat Vltimas?
 Iam bella per ciuitas
 Fumare campos sanguine,
 Et arua tot squalentia
 Iam cerno, iam tumescere
 Operta passim praetia.
 Iam turbida Germania
 Cladem minatur horridam,
 Et fata Turcius Vltima.
 Fas quippe Versum concidit,
 Honor nec Vllus amplius
 Datur decoris artibus.
 Iam falx in enses ferrea
 Conflatur omnis impium,
 Vicina leges oppida
 Rupere, Vulgus fluctuat,
 Cunctisq; Mars impetus
 Tumultuatur Urbibus,
 Rex in Getarum belluas
 Et arma Caesar induit.
 Vates vagantur exules,
 Musaq; mulas nominat
 Crudelis Vulgus militum,
 Heu fama nostra fit fames.
 Vade Camæna, pro mea

Amore.

Amore dulci patria,
 Nunc ense cingar horrido,
 Sacrumq; Musis optimis
 Caput premetur casside,
 Portabit hastam dextera,
 Nouiq; mores militis
 Sumentur, Et ferociam
 Fingemus alto pectore,
 Iam tam sodales (o dolor,
 Valetre delectabiles,
 Non fata me quiescere
 Sinunt acerba numinum,
 O quanta corde gaudia
 Imo reuersus enomam,
 Cum Parca nec stris effera
 Expleta damnis patriam
 Concesserit reuifere!

COMMENTARIA.

Ex capite hoc obseruabis, primò quòd fi-
 delis amicus alter alterum libenter saluet, & ^{1.} *Fidelis a-*
 eum eo colloquatur ipsiq; in rebus perditis *mici offi-*
 salutare impartiat consilium. Amicitie enim *cium.*
 comes est concordia, veritas & religio, eius *Amicitia*
 demq; lex, ut bona omnia communia sint, nec *omniū re-*
 minus amicū diligamus quàm nosmetipsos. *rū prestan-*
 Et ut denique finiamus cum Epicuro sentien- *tissima.*
 tes, qui dicebat omnium rerum quas ad benè *Quales a-*
 beatèq; viuendum sapientia comparauit, ni- *mici nobis*
 hil esse narius aut prestantius amicitia, nihil *parandi*
 uerius ac iucundius, tales nobis amicos pa- *sunt.*
 rari optemus, non quales Brutus aut Cal-
 sius,

fius,

sius, vel Pontitrex Ptolomæus Cæsari & Pœ-
peio fuerūt, sed Pylades & Orestes, Theseus
& Pirothous, nec nō Scipio & Lælius, fuisse
ferūtur. Qualesq; sic exclamās cecinit Poëta:

Hor. 12.

Felices rer & amplius

Quos irrupta tenet copula, nec malis

Diuisis querimonijis

Suprema citum soluet amor die.

Delphinum etiam puerum adamātem, vel
aquilam virginis amore flagrantem, vel ma-
gnetem ferrum ad se trahentem imitati, vt ab
amicis seu amicitia alieni non simus.

II.

Afflictus & tribulatus animi spiritus, non
verbis asperis exagitandus, sed ad magnitu-
dinem cordis excitandus & consolandus est.

III.

Ne omnia, quæ in rerum natura tibi acci-
dunt, Fortunæ adscribas, sed tuæ nonnunquā
ipsius voluntati, cum ea interdum, quibus ca-
rere possis, tibi moribus, tuoq; peruerso ac-
cerfas genio.

IIII.

Quod vtile & Reipublicæ necessarium sit,
eos qui in iudicio versantur, ad religiosam a-
liquam admitti affirmationē, ne ex singulari
quadam petulantia lites alicui intendant, &
iudices mendacijs onerent, vel à negotijs gra-
uioribus auocent, aliaq; multa incommoda
parturiant, dum animi vafri machinationi-
bus, astutisq; & malitiosis suis credunt pro-
curatoribus. Multi enim quāuis causas tur-
pissimas quasq; habeant, tamē iura nihil ex-
pauescunt imò se quiduis rabularum patro-
cinio obrinere posse confidunt.

Quic.

Quicquid in hominem ingratum beneficij
collocaueris, id omne amissum perditumque
est. Quamobrem nemo facile se in periculum
aut odium alicuius, propter hominem quem
semel ingratum expertus est, conijcere aut
immergere debet. Ingratum enim cum dixe-

*Ingratitu-
dinis opera*

ris, omnia vitia dixeris. Similis enim est be-
stis & quouis cane perfidior. Ingratitudo li-
beralitatem ac munificentiam extinguit, fœ-
da, turpis, & ab omni humanitate penitus a-
liena. Ideò malle mori quisq; debet, quàm vl-
la vel minima ingratitude macula iniuri,
& cupere vt non modò gratissimus habeatur
& sit, verùm etiam studere, ne (vt dicebat Si-
monides Poëta Græcus) beneficium consene-
scat. Et imitari Leonem, seu Draconem nu-
triciū à latronibus obsessum eripientem, ne-
simus ingrati.

Quantum delirauerint illi, qui adolescen-
tiores homines sine omni discrimine & iudi-
cio carceribus Ecclesiasticis, seu cœnobiis cō-
cluserint nō adhibito ætatis, personæ aut na-
turæ respectu. Cùm ne bestia quidem, quas
delectationis causa inclusis, facile sese pa-
tiantur contineri. Et hinc tot errores, mala
peccata, abusúsq; grauissimi emerferunt.

VII.

Vir bonus vxorem, liberosq; suos non se-
cus ac creatorem suum diligit, colatque, id
qui non præstat, amore Dei indignissimus
est. Superius idem monuimus, Ecclesiam fre-
quentare, domestica non remoratur actio-
nes. Pauperibus eleemosynas conferre, nihil

*Vir bonus
Vxorem
suam affe-
ctus esse de-
beat.*

O detra-

detrahit: Et bona malè qua sita, malè dispe-
reūt. Sed plerunq; absurde seimus, cum nobis
de bonis nostris dicitur. Qua in re certè om-
nes meminisse debemus nos Christianos esse,
nedum opes, aut mundi confectamur glori-
am, amittamus sempiternam.

VIII.
Amicos pa-
rare oportet
synce-
ros.

Cuius in vita tua actionibus & ornamen-
tis semper aduersatus es, eum tibi nunquam
reconciliari posse confidas. Quapropter erga
omnes retalem geras, vt in necessitatibus tuis
amicos inuenias sinceros, in quibus aliquam
dignitatis tuæ spem collocare possis. Nemo
enim tam diues, potens aut prouidus reperi-
tur, qui non & aliorum ope & consilio inter-
dum indigeat.

IX.
Nemo ad
Magistra-
tum, qui in
apertis vi-
uit flagi-
tys, euehen-
dus est.

Nemini, vt iuris edicta testantur, qui aper-
tissime in peccatis degit, aut manifestè ex cõ-
municatus est, leges administrare, aut quen-
quam accusare conceditur. Sed hoc euo idem
est siue viri boni, siue adulteri, scortatores,
prædones, aut aliis affecti ignominiiis, suprè-
mum in solio Iudiciali occupet locum. Hinc
ille lachrymæ, quod multi causam ex omni
parte claudicantem obtineant.

X.

Amicus certus & cõstans sodalem mutua
conspiratione consentientem obseruantia re-
tinere, sed in illicito proposito obdurantem
tueri non obligatur.

XI.
Curia qua
druplex
est.

Arguitur clericorum vsura, & fœneratio-
nis fructus, quem ex annuis recipiunt censu-
bus, & multa de curia prædicantur. Quæ in
feudis quadruplex est, Domini omnium pat-
tium

DIVO MAXIMILIANO
 SECUNDO ROMANORVM, &c.
 Regi & Cæsari, semper Augusto,
 Hartmannus Schopperus Nouofo-
 rensis Noricus, à Deo optimo
 maximoq; felicitatem
 precatur.

Plutus opes, longos dat Parca potentior an-
 nos,

More Poëtarum sicut ista loquit.

Grana Ceres, Diana feras, meliorib. auctam

Dotibus Vxorem donat. unica Venus.

Mel Rheas, nectar & Ambrosiam largitur lac-
 chus,

Pan calamos, Nymphæ lilia, Flora rosas.

Lætiæ Geniis, felices AEolus Euros,

Neptunus pisces Regia Iuno domos.

Dona iuuentutis pretiosa dat Herculis Vxor,

Somnia sed Morpheus, mille Cupido soles.

Dulcia suppeditant tibi Musa carmina, solus

Immortale tibi donat Apollo decus.

Carmina pro nitido quæ Regib. offerut auro,

Nil præter Vates ingeniosus habet.

Tertius hic igitur Rex Maximiliane libellus

Prouida tutela pars sit, opusq; tua,

Quod me fortè putas hoc si meruisse labore

Gratia pro donis Et sit habenda meis,

Non precor Et dones mihi præ dia culta, vel hor-

tos,

Iugera fecundi nec peto multa soli.

Hostis adest nobis noctesq; diesq; timendus:
 Qui neq; Germanus, est neq; Gallus homo,
 Sed qui pauperies cunctis odiosa vocatur,
 Victor in hunc quae so suffice tela mihi.
 Sicego, quae tristes nunquam sensura ruinas
 De lauro nequam seria & irente tibi:
 Perq; Medusae tua fama vagabitur Urbes,
 Laudibus & caelos ibit ad usq; Vale.

HART.

HARTMANNI
SCHOPPERI NOVOFO-
RENSIS NORICI DE ADMI-
rabili fallacia & astutia Vul-
peculæ Reinikes,
Liber III.

Cum terra sese fertili
Vestiret alma gramine,
Veris tepentis aureo
Amabiliq; tempore,
Dum sine tot carentium
Certo recordor nubium,
Spumantiumq; fluctuum,
Hac inter infortunia,
Subibat indignissima
Imago nostri carceris,
Vbi Poetas optimos
Brigoiâ digno scilicet
Honore tellus excipit,
Sicut Friburgum splendido
In me probavit carcere,
Quo vincula passus aspera,
Fidemq; supra pertuli.
Iam cogitare cœperam:
Offensa quàm perpessio
Sit nostra damnis pluribus,
Ingratiusq; seculum,
Herusq; perfidissimus,
Me ntem premebant debilem.

Descriptio
temporis.

Deplorat
Poeta cala-
mitatem
suâ breui-
terq; cau-
sam quare
in militia
profectus
sit reddit.

O 4

Erge

Ergo relinquens omnia
 Tot cœpta præclarissima,
 Annusq; scripta pluribus,
 Mauortis ergo perfidi,
 Desertor ac Apollinis,
 Audax inuenta feruida,
 Et in caloris impetu:
 Vexilla clementissimi
 Maxmiliani bellica
 Sequi volebam Casaris.
 Quem mox & inter principes,
 Et nobiles Germania,
 Per mille casus turbidos
 Augusta cultrix gentium
 Mihi videndum præbuit.
 Cum quo & inter nobiles
 Virtute multa præditos
 Istri secundo flumine
 In Austriam traiecimus.

Quomodo in Austria
 successerit,
 narrat.

Sed hic nec apta viribus
 Cali meis clementia,
 Aut aura fulsit lenior.
 Imò iacebam viribus
 Exhaustus æger omnibus.
 Nec in graui molestia,
 Aut funeris periculo,
 Nos vnus è sodalibus

Recenset
 quam peri-
 culoso in
 Austria la-
 borauerit
 morbo.

Nil fouebat dextera,
 Solatione nobili.
 Sed ipse flagrantissimis
 Vrebar & sq; febribus,
 Inops, egens & omnium.

Vix ora & vocis arida
 Iter dederunt amplius.
 Laboriosus in super
 Vix duxit auras spiritus,
 Sed euomebam languido
 E ventre fercula omnia.
 Nec somnus & inquam lumina
 Mulcebat optatissimus:
 Non herba cum radicibus,
 Aut mixta succis, debili
 Opem ferebat amplius.
 Quin nec mihi decumbere
 Mollis licebat in thoro,
 Sed in platea dolio
 Cubare sordidissimo,
 Aut limen ante regium
 Iacens in atro puluere,
 Derisus, & conuicijs
 Iactatus, impijsimos
 Cogebat inter milites
 Pudenda multa perpeti,
 Fameq; penè commori.
 De mille & six sodalibus
 Meis Iofias & nicus
 Restabat Huffnagelius
 Nec ante nobis cognitus,
 Quodam repente qui mei
 Honore raptus nominis
 Vbiq; contemptissimum
 Vili leuabat stercore.
 Ensemq; nobis Martium
 (Qualem mihi deterrimus

In nocte fur subtraxerat)
Donabat atq; pallium.
Paulus *Nec cura Phæbi Schedius,*
Schedius. *Nec scriba Martis Leichtius,*
Conrad. *Musserus aut Georgius:*
Leichtius. *Nec Paulus hac Fabricius,*
D. Georgi- *Paulus medendi qualibet*
us Musle- *In arte prastantissimus,*
rus, Paulus *Sambucus & doctissimus*
Fabricius *Poeta virq; splendidus*
Cæf. Math. *Mihi relicta militi,*
Med. D. Io- *Hac defuerunt vltima*
annes Sam- *Necessitate: quin meum*
bucus Pan- *Deo in pri-*
nonius. *mis accep-*
Deo in pri- *ptū Poeta*
mis accep- *refert,*
ptū Poeta *quod mor-*
refert, *bo grauiſſi*
quod mor- *mo ereptus*
bo grauiſſi *fuerit.*
mo ereptus *Quam Rector ille cælitum,*
fuerit. *Deus Deorum scilicet*
Supremus immortalium
Ter optimus: ter maximus,
Is liberauit februum
A peste me grauiſſima,
Precesq; clementissima
Audiuit aure supplicis
Et immitot suspiria,
Is mille per molestias,
Et tot procellas fluctuum,
Imbres, nothosq; turbidos
Niues, geluq; pallidum,
Per saxa, per cacumina
Altissimarum montium,

Perfrigus & tumentium
 Fluente rauca fluminum,
 Priscam reduxit ad domum,
 Nec non amicos nobiles.

Nam cum viderem Martijs
 Turbata bellis omnia,
 In Austria nec finibus
 Meis Camænis & spiam
 Domum vacare commodam:
 Sed esse cæli numina
 Aduersa nobis omnia,
 Instaret et si nitibus
 Autumnus & uis largior,
 Mutare terram duximus.
 Quare relictis omnibus
 Rerum & iutor omnium
 Egenus, & ger ambulo,
 Viamq; repo maximam.
 Et iam racemos & ndiq;
 Vindemitor collegerat:
 Mensisq; tempus integri,
 Nouem diebus additis,
 Via tot ignauissimis
 Erroribus consumseram,
 Repente cum Francfordia
 Propinqua circa & sserem
 Paterq; Mænus cernitur.
 Ergo malorum cogitans
 Finemq; tot discriminum,
 Meum saluto Cnipiam:
 Sedemq; noctis expeto:
 Is solis & stum lampade

Sauroq; Cauri frigore
 Me dicit haud cognoscere.
 Quousq; lingua prodidit
 Vultusq; Voce cognitus
 Me comprobauit Verius:
 Proinde consuetudine
 Pioq; ritu patria,
 Me fluctuantem suscipit:
 Cœnamq; prabet optimam,
 Et Vina iucundissima
 Vltrò bibenda porrigit.
 Is ut Vir humanissimus
 Est atq; iucundissimus
 Pater leporis Attici:
 Me cœpta dulci compulit
 Sermone scripta prosequi,
 Opusq; Pacis aurea
 Vocale carmen fingere,
 Is solus ductor extitit,
 Ut Reintkes absoluerem
 Libellulos Vulpecula.
 Quod illicet promissimus
 Et dextera spondimus.
 Vos ergo Musæ Virgines,
 Puellulaq; nobiles,
 Deaq; mellitissima,
 Dulces, potentes, aurea
 Puellula puellulis
 Venustiores omnibus,
 Amore quarum maxime
 Perculsus, atq; gratis,
 Perenne nomen ambio:

Vos quaeso delicatula,
 Pulchellula, Venustula,
 Qua, quando Vultis igneis
 Omnes ocellis gratias
 Spiratis, & cupedines:
 Labrisq; mella pressulis,
 Papillulisq; saccharum
 Afflatis, aut si dulcius
 Quid inuenitur saccharo.
 Vos in recessus intimos,
 Sinusq; delectabiles,
 Montesq; rursus Aonas
 Me fluctuantem ducite,
 Et tincta dulci nectare
 De fonte limpidissimo,
 Vestro precor (tenerrimus
 Adhuc puellus intimo
 Qui vos amari pectore),
 Donate Vati pocula,
 O gemmea Virguncula,
 Prostratus ad Vestros pedes:
 Extendo vobis brachia
 Iam vos alumnium perfidum,
 Martisq; mercenarium,
 Apud Choros Apollinis
 Vestri priorem numinis
 In gratiam reponite.
 Mihi nec obsit exuli,
 Quod sim secutus praelia.
 Eurentem Martis turbine,
 Imbuta nunquam sanguine
 Est innocenti dextera.

*Nec me rogos in fontibus
 Inuit casis supponere,
 Aut tecta flammis urere.
 Quin inter enses & tubas,
 Poema vobis caperam
 Et lene carmen fingere.
 Nec longa vixi tempora
 Mauortis inter milites,
 Statimq; gressum reituli
 Ad vestra rursus ocia,
 Onus relinquens turbidum.*

*Vos ergo nunc ignoscite
 Scelus fatenti, virgines:
 Errasse sit semel satis,
 Nam Martis is periculo
 Nunc discet esse cautiior.*

*O fontis humor lucide,
 Qui t. impotentium virginum
 Vireta sancta perfluis,
 Et ora sanctis irrigas
 In orbetoto varibus,
 O ceterorum fontium
 Ocelle, funde largius,
 Effunde lymphas vberes,
 Ut militari sordidum
 Vbiq; corpus puluere,
 Manusq; fuscas abluam.
 Illota membra candida
 Abominantur virgines,
 Sed antra per virentia
 Castum Poetam culmina
 Ad montis alta dirigunt.*

Limis ocellis altera
 Arrisit ecce virginum,
 Et ferrea pro casside
 Ruita Sirentis germinat,
 Laurosq; monstrat innubas.
 Quaecunq; sis pulcherrima,
 Ex optimis sororibus
 Nouem Dearum virginum,
 O omnibus beator,
 Rosaq; delicatior,
 Olim Corinna, Lesbica,
 Lygda, Neara, Cynthia
 Praestantior, celebrior
 Meo futur. acarmine,
 Faueto saltem, quò breui
 Coeptum laborem finiam,
 Longiq; damna temporis
 Vt crebritate sarciam,
 Rerumq; magnitudine.

CAPVT I.
 ARGVMENTVM.

Magnifici Sulpes Et venit ad atria Regis,
 Vritur occulto protinus ipsa metu.
 Scilicet Et mens est, ita pectore concipit intra
 Quilibet ex factis spemq; metumq; suis.

DVm cum suo Greunke
 Regis subibat atrium
 Iniuriosus Reinike,
 Extemplo multos liuidos
 Hostes adesse constitit.
 Omnesq; plenos scormate

Reinike in
 trans Regis
 curiam in-
 numeros
 vbique ad-
 uersarios
 cōspicit, &
 clam terre-
 tur.

Tumult.

*Tumuliuoso colligit,
Secumq; Voluens pectore
Recogitabat clanculum,
Iam mortis in discrimine
Sum constitutus Ultimo.*



Reinike iu-
xta Maro-
nis versum,
Spem simu-
lat vultu,
premit al-
tum corde
dolorem.

*Nam perpetravi plurima,
Qua cautus intermittere,
Et debuissim linquere.
Tamen premebat asperum
Alto dolorem pectore,
Confusus hoc solamine,
Sibi quod ipse plurimos
Viros amicos nobiles
In arte spectet regia.
Spes inter & graues metus
Herere sentit anxiam
Vulpeculam Greuincius,
Solatur atq; talibus.*

Quid ingemiscis Reinike!

Sepo-

Sepone curas ferus das,
 Fortuna fortes adiuvat,
 Viros trementes respuit.
 Pergrata nobis maxime
 Est vestra consolatio,
 Respondet acer Reinike:
 Nec immemor tam nobilis
 Posthac ero solatij.
 Sic inquit, & civiliter
 Pedes is ante regios
 Flexo genu prostermitur,
 Humaniterq; lenibus
 Salutatur ipsum vocibus.
 Hinc fatur, immortalium
 Rector Deorum maximus
 Regi Leoni splendido
 Mentem precor fortissimam
 Aspiret & iustissimam,
 Ut ista nunc consultis
 Acutusq; iudicet,
 Quisnam sit innocentior:
 Et altero conspectior,
 Infida mundus pectora
 Habetq; fallacissima,
 Quae singularis optimam
 Virtutis umbram praeferunt,
 At intus ignavissimi
 Et nequiores sunt lupis
 Rapaciores omnibus,
 Si crimen omne quilibet
 Vitae suae mortalium
 In fronte scriptum conferat.

Tibul. Au-
 daces fors-
 que Venus
 que iuuant.

Reinike
 quasi ex
 mera sim-
 plicitate
 ante regis
 pedes pro-
 cumbit.
 Reinikes
 a l Regē o-
 ratio, qua
 ipsum ad re-
 ctē beneq;
 iudicandum
 inducere
 conatur.
 Mūdus fal-
 lacissimus.

Non

Ab ipsius
regis perso-
na captat
beneuo-
lentiam.

Non res egeret testibus,
Tunc Rex meam cognosceret
(Cui sit nefas diffidere)
Benignus innocentiam,
Sed nec quid expauescimus,
Nam tanta Regis gratia
Laudatur & clementia,
Quòd nemo vel mortalius
Sit iuris obseruantior:
Is lance iusta ponderans
Responsiones omnium,
Suum cuiq; conferet.

COMMENTARIA.

I. Prouerbiali dicitur sententia: Conscientia
Alios cor- mille testes. Quapropter tu qui aliorum mo-
recturus te res ambiciosos corrigere studeas, tibi ipsi in pri-
primum i- mis ut correctionem adhibeas, facere necesse
pse redar- est. Nam & illic quod reprehendas, reperies.
gue & cor- Cum ergo te omnino culpa vacare non vide-
rige. ris, indignatione aut furore apud alios parum
 proficies. Quamobrem excusationem tuam ita
 trutina examinabis, ne ad probandum eum
 defecerit, maiora incidas incommoda.

II. Quòd poenitentia facti salubris in vita ne-
Poenitètia cessaria sit, & quemlibet profecto errorum
salubris in inoptiarumq; suarum poenitere debet. Sed illa
Vita & ne- peccati recordatio ne duret in unum aut alte-
cessaria o- rum diem, quemadmodum furis, qui libera-
mib, est. tus à suspendio in ipsa hora rursus furtum
 facit. Errare quidem semel atq; iterum huma-
 num, sed in errore perseverare, & semper post
 factum

factum velle penitere, id Diabolicum est, & rarissime felicem habebit euentum.

Vt sapè iam dictum est, ne cuius in tribulatione aut calamitate magna constitutus, animum tuum penitus denudes atq; aperias.

III.

Quod plerunque cæca volubilisq; fortuna amplissima quæq; munera non timidis aut ignavis, sed audacibus atque elatis conferat animis.

IIII.

Fortuna iudicibus plerunque

Quod consilio & solatio plus fido amico interdum quam pecunia gratificari atq; in-

V.

seruire possimus. Quamobrè etiam quicumq; in rebus turbulèris vnquam solatione aliqua opus habuit, is quale sit in consolando officium, agnoscit, & pro eo gratias agit quàm maximas. Consolandum autem esse præpopere

Consilia interdum peccunys legè præstant.

amicos, ostendunt Tyberij Imperatoris verba. Is enim cum Drusum filium amisisset, illius legatis paulò serius consolantibus, quasi oblitterata iam doloris memoria, irridès respondit: se vicem dolere eorū, quod egregium

Tiberij Imperatoris verba.

ciuem Hectorem amisissent. Sic Solon, cum dolentem adolecètem vellet consolari, in ar-

Solon.

cem eum produxit, hortatusque est, vt per omnes subiectorum ædificiorum partes oculos circumferret. Quod vt factum animaduertit: cogita nūc tecum, inquit, quàm multus luctus sub his tectis & olim fuerint, & nunc sint & posthac sint futuri.

VI.

Magistratus honoris

Quod Regibus, Principibus, aliisque Monarchis debita sit exhibenda reuerentia. Deus enim ipse eos Deos appellat. Si igitur

Deus est.

ab

ab ipso auctore nimirum Deo, honoribus afficiuntur, cur ab hominibus minus colantur aut obseruentur? Adhæc parum aut nihil impetrabit, qui coram iudice, clamando & litigando causam suam defendere aut obtinere voluerit. Non enim modò leges & mores, ac instituta maiorum ab omnibus seruanda esse, verum etiam magistratus, vrbium principes, honorandos, eisq̄ obtemperandum pariter, quos tanquam Heroas præstantioris animi dedit nobis Deus optimus maximus, egregiè traditum est, vt sub eorum imperio

Ciuitas sine prudentia magistratus consistere non potest. piè, sanctèq̄ & tranquille viueremus. Imò quod sine magistratuum prudentia ac diligentia ciuitas esse non possit. Quodq̄ eliguntur etiam, vt omnium officiorum religione obstringantur, igitur ab omnibus honorandi erunt. *Buturius enim vltimo affectus est supplicio,* quia de via non decesserat (vt moris erat. Trib. Plebis in foro deambulanti. Paruitq̄ licetori Fabius cum filium consulem obuium habuisset, ex equo iussus descendere, ipsumq̄ magnopere collaudauit, quod Imperium populi Romani nõ indecorè retinuerit, nec patri etiam pepercerit. Et plus quod nostri hac de re cæcum postulare prohibent. Quia magistratum intueri non potest, ipsumq̄ reuereri vt decet, his verbis. Cæcum vtrisque luminibus orbatum Prætor repellit, quod insignia Magistratus videre & reuereri non possit. Et certè qui magistratum venerari nescit aut non curat, is se facile in quodlibet facinus pro-

Buturius quare supplicio affectus fuerit. Fabius.

Cæcus ad Prætorum non admittitur.

Qua sola quamuis ceteris
 Culpis vacares omnibus,
 Furoris ansam præbeant.
 Vbiq; vulgus mobile
 Narrat tuas fallacias,
 Dolis refertus omnibus,
 Celas latronem pectore
 Furorq; peruersissimum.

Sed nolo longioribus
 Certare tecum iurgiis,
 Nam rem prob. ibis exitu
 Mortis tua grauissimo.

Hæc audiens Vulpecula
 Terretur, atq; fluctuat,
 Domumq; sæpè cogitat,
 Quam nempe consultoribus
 Ipsa videretur proximis,
 Fatalis at necessitas
 Concedit haud discedere,
 Sic fatatur ergo siebili
 In mentis ægritudine.

Rex quando Clementissime
 Necem meremur vltimam,
 Indicta fiet æquitas,
 Ne propter vnum debitis
 Quid detrahatur iuribus:
 Submissus autem deprecor
 Oratione supplici,
 Concedat vnum tradito
 Vt hostibus respondeam.
 Cum vestra me Clementia
 In consulendo prouidiam,

Reinike ta-
 cite cōme-
 morat sua
 in regem
 beneficia.

Deſ-

Deliberando strenuum
 Et aulicis negotijs
 Non defuisse senserit,
 De mille & obis vnicus,
 Bonis adhaesic cum meis,
 Cum ceteri discederent,
 Vestrasq; partes linquerent,
 Qui nunc volunt innoxium
 Priuare vestra gratia,
 Meaq; sic absentia
 Iniuriosè deferunt.

Liberum
 enim erat
 Vulpi siue
 comparere
 siue aliò
 aufugere.

Quapropter oro fluctuum
 Ne fortè magnitudine
 Audaciaq; supprimar.
 Id nam latebit neminem,
 Ni mentis imperterrita,
 Forem q; culpa conscius,
 Non regium pratorium
 Gradu subirem libero:
 Sed terga vellem & vertere,
 Fugamq; mox capesserem:
 Nam tot caernas abditas,
 Spelæa tot cognouimus,
 Quibus manere clanculum
 Possimq; delitescere,
 Ni grande culpis omnibus
 Vacare det solatium,
 Quod mox patebit clarius,
 Id præter vnum, Pontifex
 Supremus excommunicans,
 Quod me ligauit vinculo,
 Quo spero, quamuis hostibus

Rumpantur ipsis illis,
 Elabar absq; temporis
 Cunctatione, vel mora.
 Nam nuper Et Greuincius
 Me Regis inuictissimi
 Rumoribus morderat,
 Mhiq; maturissime
 Venire demandauerat,
 Romana versus atria
 Profectionem ceperim,
 Ut expeditus casibus
 Erumperem grauisime.
 Sed obuianti Simio
 In rure commodissime
 Id omne declarauimus
 Qui per fidem sanctissime
 Promisit almam dextra
 Se velle nostri gloriam
 Bonam tueri nominis,
 Nec non in Vrbe Romuli
 Id exequi negotium,
 Quod spectat ad partes meas.
 Nec est quod angat amplius,
 Mentemve nostram torqueat.
 Nam constat, haud formidine
 Quod hostium perterrear,
 Audire sed mendacia
 Simpraparatius omnium.
 Nunc ergo perfidissimos
 Nequam velim procedere,
 Qui me remotum luicidis
 Roseretat conuitijs.

Reinike
 rursus excō
 municatio
 ne Ponifi-
 cis suā ob-
 umbrat ne-
 quitiam.

Reinikes
 magnani-
 mitas.

P

Præ-

Veritas *Prasente melicentius*
 semper vin *Nunc conquerantur omnia.*
 cit. *Tamen patebit Veritas*
Peribit & mendacium.

Reinike ad *Nam iudicandum cognitio*
 uerfariis *Vtring; causis censeo.*
 collata ex- *Hisunt latrones perdit*
 probrat be *Et coruus & cuniculus,*
 neficia. *In quos parum feliciter*

Benignitatis intima
Tot collocant munera,
Nam proximè cuniculus
Meritè circa &esperem
Horas legentem debitas
Salutat, & charissimum
Solet parentem filius,
Fameq; dicit aspera
Exhaustus, & ieiunio
Iter vorari maximum,
Et oro vile pabulum.
Ipsam miserti protinus
In patris ades ducimus,
Et dulce cum recentibus
Laccaseis apponimus.

Reinike e- *Nam tunc agebam Simonis*
 nim mirū *Apostoli ieiunium,*
 in modum *Vt carne nulla &scerer.*
 ieiunia ob *Sed cum famem represserat,*
 seruabat. *Cibusq; se repleuerat,*
Natu minor de filijs
Accedit & superflua
Vult fercla mensa tollere:

Insaniente dextera
 Quem percutit Cuniculus.
 Luctuq; nares vulnerat
 Largum vomentes sanguinem.
 Minoris id Fraterculus
 Maiorq; natu viderat,
 Accurrit, & Cuniculo
 Necem parare nititur,
 Colloq; nectit vincula.
 Id fortè cum perspexerat,
 Compesco lites ilicet,
 Minasq; natis ingero,
 Hac ipsi, Rex, est Veritas.
 Quod porro coruus incipit
 Fideliosem conqueri
 Se perdidisse coniugem,
 Qua sana toto corpore
 Mortem voravit ultimam.
 Impastanang; pallidam
 Volens famem restinguere,
 Pisces comedit integros,
 Nec inde spinas eruit.
 Si postea quid accidit,
 Id ipse nouit optimè.
 Quid ergo me proclamitas
 Fuisse causam funeris,
 Cum fors an ipse perfidus
 Hanc coruus interfecerit.
 Quem detur accuratius
 Examinare si mihi
 Semet reum cognosceret.
 Hac nanque, cum volucribus

Cuniculi
 violētiam
 recēset.

Respondet
 corui que-
 relis Rei-
 nike:

Corui e-
 nim à natu
 rapaces
 & edaces
 dicuntur.



Alis eat per aerem,
 At ipse tardus ambulem,
 Repamq; sicut quadrupes:
 Reinike An quiverim deprehendere?
 vult queri- Si quis tamen probabili
 monias ad Probare testenitur,
 uersariorū Vt usus antiquissimus
 sibi testib. Id seruat inter nobiles,
 coram pro Tunc ius mihi non amplius
 bari. Natum negabo sed ferum.
 Quod acre testimonium

Reinike Si nesciam conuellere,
 vult pro di Diem mihi certaminis
 gnitate no Is ponat, atq; nobilem,
 minis fui Pariq; natum stemmate
 decertare. Transmittat, Et conflictibus
 Rem comprobemus mutuis.

Ex parte cuius Martia
 Fortuna tunc penderit,
 Is innocens putabitur.
 Id moris inter principes
 Virosq; non inglorios
 In atrijs regalibus
 Est, Et manebit perpetim.
 Sic absq; labe nominis,
 Honore stirpis integro
 Entar hinc discedere.

Omnes mi Quicunq; Verba Reinikes
 rantur arti Audacis intellexerant:
 ficiofam Mirum stupebant in modum.
 orationem Reinikes. Quod rege coram maximo
 Reinikes. Se mille tot varissimis

*An sit dolis defendere
 Et tam potenter obloqui.
 Tum cornus & cuniculus
 Atrapaens formidine
 Fugam parabat ocyus,
 Neutriq; voce clanculum
 Id esse dicunt integrum,
 Ut Gulpe cum nequissima
 Se praeparent certamini.
 Nec candidis negotium
 Firmare possunt testibus.
 Quare doloso Reinike
 Diras precantur impias:
 Domoq; Regis exeunt.*

COMMENTARIA.

Ne unquam illi quē semel fallacem cogno-
 veris, fidem denuò adhibeas. Nā semper cre-
 dere non facile debemus, quoniam is qui citò
 credit, lenis est corde.

I.
*Qui citò
 credit, le-
 nis est cor-
 de.*
 II.

Magistratus æquē tantam sibi in pauperi-
 bus ac pupillis defendendis atq; in diuitibus
 & potentibus curam incumbere sciat: si mo-
 dō officio suo correspondere, gratiamq; po-
 puli retinere velit.

Ne in absentia quicquā de altero malè lo-
 quaris, ipso enim se defendente, iudicis, quòd
 infidiosè & immeritò à te accusatus sit, sus-
 picionem adaugebis. Et pessima certè in ho-
 mine cōsuetudo est, & reprehensione dignis-
 sima, aliorum dicta & opera reprehendere, &
 maximè absentium, quibus præcipuè parcere

III.
*De absenti-
 bus semper
 bene loquē-
 dum est.*

oportuit. Omnis nanque humanitatis oblit
videntur hi, qui absentes præter meritum, ex
mera linguæ petulantia, lædunt roduntque.
Hos Horatius insectatur, vt digni sunt, his
versibus:

*Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit, alio culpante solutos
Qui captus nisi sit hominum, fumamque de
casis,
Eingere qui non visa potest, commissata
cero
Qui nequit, hinc niger est, hunc tu Romane
caueto.*

Nec Augustini hac de re versus videntur
negligendi:

*Quisquis amat dictis absentium rodere vitam,
Hanc non solum veritatem nouerit esse sibi.*

Ingenuus autem adolescens semper ob ocu-
los habeat illud, quod veteres parietibus in-
scripserunt: *De absentibus nil nisi bonum.* Sic
se consuefaciant, sic ingenia attemperent, sic
moderentur, ne quid de quoquam mali di-
cant, aut calumniètur absentium vitam, mo-
res, dicta aut facta, nisi fortè sint talia, de qui-
bus publica fit & vox, & fama, notoriaque o-
mnia, & infames isti, quorum fit mentio. In
aliis modestè & circumspèctè loquamur, ne
quenquam absentium lædamus, sed de omni-
bus benè, aut certè, si res omnino secus fert,
conditionaliter & nō sine cautela sermonem
instituiamus. Experientur adolescentes hoc
præceptum esse utilissimum in vita, & hac di-
ligen-

*Modestè &
circūspèctè
loquendum.*

līgētia prudētiaq; omnibus modis opus esse
in omnibus congressibus, & cū primis in per-
egrinationibus, vbi multis ignotis homini-
bus varia itinera nos coniungunt, cum qui-
bus vnà cibum capere, dormire, proficisci,
congrēdi cogimur.

Quod nemo, qui pœnam excommunica-
tionis incurrit, aut iuris, aut Christianæ Ec-
clesiæ libertate vti possit.

IIII.

Quod is, qui absentem quempiam iudici
defert, rarò ea quæ veritati sunt consentanea
proferat. Si vera enim essent, connixus veri-
tatis studio ea in faciem coràm aduersarij
sui effunderet. Quare in primis iudices hac in
re cauti & prouidi esse debent, ne inuidis
aut vafriis illis delatoribus auscultent, sed ex-
cusatione audita & re vtrinque examinata
iudicent.

V.

*Delatorib.
clandestinis
iudices*

Quod homine ingrato nihil pestilentius
dici aut nominari possit. Pulcherrimum fu-
isse Chilonis Lacedæmonij verbum aiunt
quidam dicentis, cū esset vetulus, se ingra-
titudinis sibi in tota vita conscium non esse.
Quo vitio tamen laborant multi ad eò exe-
crando: vt eo nihil sit execrabilius, nec quic-
quam fit, quod eo pugnet magis cum natura
& societate humani generis. Nec ab re in ipsi-
us detastationem scriptum est, non recedet
malum de domo ingrati, qui reddit malum
pro bono, non recedet malum de domo eius,
imo quòd morte plecti debeat ingratus, exilio
verò si quid per metum facere prætermisisset,

*auscultare
nō debent.*

VI.

*Chilon La-
cedæmons-
us nunquā
in vita sua
ingrattitu-
dinis ma-
minisse
fertur.*

vt putauit Hippocratides à Carię satrapa acceptis literis quid de ingrato agendum foret.

Ingratitudo est Ventus Vrens.

Et rectè à Bernhardo dictum est, quod ingratus fit ventus vrens siccās fontem misericordie, rorem pietatis & fructum gratie, à superbia radice proueniens & pullulans,

quia plerique putant sibi deberi ab omnibus omnia. Et breuiter ingratus est qui non reddit, neque beneficij accepti memor est, qui que dissimulat, omnium verò ingratiſſimus qui obliuiscitur. Philippi Macedonis miles naufragus ab agricola seruatur, benigneque accipitur, cuius ille prædium à rege impetrat. Iniuriam verò ægrè fert iste, & rem Philippo narrat, exauctoratur itaque miles, prædium agricolæ confirmatur, & exauctoritati fronti, Philippi iussu, verba hæc inscribuntur: *Hospes ingratus.* Ingrati symbolum e-

ingratus quis proprie dicitur est.

Philippus Macedonicus.

Ingrate symbolum.

culis, qui incubante curruca natus & nutritus, eam crudeliter iaceratam deuorat, vt aquila pullus è nido ciectus. Kabin auem alumnam suam similiter necat. Ingratus clericus priuatur Ecclesia. Maledictaque cuncta dicemus, si ingratum dixerimus. Qua de re maximè laudatur Cicero, qui quanquam effecisset omni obsequio vt Casari esset charissimus, Pompeium tamen sequi maluit, ne foret ingratus, veritus saluti illius deesse, cum ipse aliquando (ab exilio enim eum reuocandum curauerat) non defuisset suæ: contra ingratitudinis exempla quamplurima reperiuntur. AEsculapius salutem mortalibus præ-

stitit,

stitit, & nihilominus fulmen (ictus enim pe-
riit) pro gratia reportavit Thimoleō qui fra-
tri patriæ salutem prætulera, patricida ap-
pellatus. Et Socrates denique iniuste accusa-
tus ab Atheniensibus tanquam impius. The-
mistocles ac Miltiades post infinitas & in-
numerabiles victorias, Græciæ proditiōnis
suspiciōne haud caruerunt, & cum exilio
Theseus etiam mulctatus fuerit, & à Roma-
nis ciuibus Camillus, & ab vrbe pulsus Apol-
lodus architectus Adriani iussu, postea oc-
cisus, aliiq̄ue alia huiusmodi vulnera ab in-
gratis hominibus acceperint, certè omnia vn-
dique ingratiūdinis nota aspersa atque et-
iam coinquinata penitus esse facile cuius
patebit.

Ne quis facile alteri collata tanquam im-
memori beneficia exprobret, ea enim in re se-
ipsum perturbat & confundit.

VII.

Quod honesto viro nihil magis conueniat
quàm Hospitalitas. Est enim valdè decorum
patere domos hominum illustrium illustri-
bus hospitibus. Nam licet ea qua decet libe-
ralitate omnes tractare non possis, tamen pro
ea quam temporis occasio patitur humani-
tate saltem bonum excipias amicum. Nescis
enim vbi & quando illius opera auxilioq̄ue
& tu indigeas. Prætereà interdum benefici-
um, aut officium, licet vilissimum, in neces-
sitate administratum, acceptius gratiusq̄ue
maximo in nulla angustia allato habetur. Ad
hæc hospitalitas maximam habet laudem,

VIII.

*Hospitali-
tas honestū
virū decet
maximè.*

P 5 contra

contrà verò Anixia inhospitalis reprehensionem rationabilem. Non ab re Abraham ciuitatibus à Domino subuersis incendio ob solitudinem aliò se transtulit, vt hospitalitatem exerceret. Quin & Iouè hospitem coluit antiquitas, & si quis peregrinum post solis occasum non suscepisset, reus erat pœnæ. Vnde nò absurdè Lyocanem, quia susceptos hospites necabat, aliquando in lupum à Ioue suscepto pariter, postquam epulas ei apposuisset humanas, conuersum fuisse Poëtæ fabulantur. In lyncem verò feram coloris varij à Cerere mutatum Lyncum Scythiæ regem, quod Triptoleum ab ea missum frumenta hominibus monstraturum interficere cogitasset, vt in se gloria tanta migraret. Busiris etiam Neptuni filius hospites Diis immolabat, & ipse quoque ab Hercule hospite occisus est. A Theseo verò Sciron latro, ne suos in mari, vt facere consueuerat, præcipites daret.

Busiris.

Sciron.

IX.

Amicus candidus frustum siccis panis aut casei pro tenuitate hospitis appositum æqui boniq; consulere debet, non secus ac si lautissima principis in mensa delicatissima quæq; comederet.

X.

Notantur hîc sacerdotum ieiunia, qui interdum illis diebus quibus carnibus abstinent, se variis omnium piscium generibus ita reficiunt gulæq; inseruiūt, vt lautius quàm aliis diebus, quibus carne vescuntur, vixisse videantur.

Ne

Ne quis pueris iniuriam, vim, aut manus inferat, demētissimi enim sunt qui aut id faciunt, aut occasionem facti præbent.

XI.

Quàm periculosum sit fratribus inuicem litigantibus se immiscere, dum alter enim alteri aduersatur, antequam res ad conflictum perueniat, in minimo rursus momento coniunctissimi sunt.

XII.

Omnibus piis parentibus à teneris statim ad pacem concordiamq; assuefaciendi educandiq; erunt liberi. Et si in aliquo cōtentio- nis, discordiæ, superbiæ aut contumaciæ lapsu deprehendantur, extemplo corrigi humaniter castigariq; debent.

XIII.

Quicumque se pueris, mulieribus, aut stultis confociat, is stoliditatis suæ vel temeritatis poenas æquo vt feret animo, necesse est. Interdum enim detrimentum irrisio- nis accessio auget.

XIIII.

Note ita cibo suffarcias, vt inter porcos videtur educatus. in primis venustus est versus:

XV.

Non viuas vt edas. sed edas vt viuere possis. Quomodo turpe enim & detestabile est, ita ventrem re- comedēdū plere, vt vix cibo sumpto tormina, aliasq; to- & biber- leret passiones. Ne quid maiorem videtur ir- dum sit.

risionē mereri, quàm si aegritudinis tuæ cau- sam superfluum cibum potumq; cōferas in- Natura est fufum. Vidi ego olim in cœnobio quodam paucis com- tenta.

(qualia hodie pauca) religiosos fratres singu- tentis. los cantharis suis hunc inscripsisse versum:

Sume merum modicè, modico natura foue-

lit.

XVI. Periculi plenas esse quæstiones illas, quæ
Tormenta per tormenta adhibentur, ipsa coarguit expe-
nulli mor- rientia. Multos enim scimus vi tormento-
taliū teme rum eò redactos, vt faterentur talia, ad quæ
rè aut gra- nunquam facienda perpetrandaq; animum
ui & mani induxerant. Tu considera qua Iudicis con-
fecta sine scientia aut salute id factum sit. Quapropter
causa adhi sine aliqua certa & euidenti coniectura solli-
bèda sunt. citis illis inuestigationibus non vtatur, aut si
 eò perueniatur, modum saltem non excedat.
 Iudex enim sine aliqua suspitione firmissi-
 ma, si cuiquam in quarendo temerè tormen-
 ta adhibeat, eadē pœna qua captiuus erat af-
 ficiendus, afficietur. Præterea si quis tormen-
 tis, ex iudicis violentia adhibitis necaretur,
 certè Iudex capitis reus esset.

XVII. Accusator locupletissimis certissimisque
 armatus sit testibus, nisi enim testimoniis de-
 lationem tuam cõfirmare poteris, accusatus
 siue nocens siue innocens absoluitur.

XVIII. Non quoduis iocosum aut ridiculum va-
Testimo- lebit testimonium ad interficiendum homi-
nia à iudi- nem præcipuè liberalem & ingenuum. Idcir-
ce benè pon co iterum atq; iterum ponderandum & tru-
d-randa tinandum est, quibusnam innitatur ille rebus
sunt. aut consiliis, qui auferre atque eripere alieni
 vitam conatur.

Quis Verè Non autem is solus nobilis est, qui ex no-
nobilis cen bili & antiqua oriundus profapia maiorum
scendus sit. suorum innititur imaginibus: Sed potius is
 qui factis præclaris & gestis illustribus, vita-
 que honestissime acta suam testatur & pro-
 bat

hat nobilitatem. Ille enim de alio, hic de suo
sibi splendorem amplitudinemq; gentis ven-
dicat. Elegantes hæc de re extant Palingenij
versus:

*Nimirum stulti hæc sententia, si fit ab auro
Nobilitas, certè de terra nascitur aurum,
De fraude. Et furto, de sænore nobilitas, è
Iudicium vulgi insanum, è sine pectore
turba.*

*Nobilitate hominem nõ ulla pecunia, nulla
Divitie possunt: precio nam dignior omni
est*

*Nobilitas, hæc non emitur, nec venditur
auro.*

*At genus ille summ iactat, laudesq; suorum
Inculcat, cum sit turpissimus: atq; recensea
Gestæ patris, monumenta atavi, patruique
trophæa. & victoriam, loniam.*

*Et quanquam innumeris, demens, igna-
vus, abundet*

*Criminibus, virtutis inops, tamen esse pu-
tatur*

Nobilis: est alto quoniã de sanguine natus.

Cur alienis tibi tribuis, laudemq; tuorum,

*Esse tuam censes? Et reliqua ibi multa, que
brevitatis studio omittimus.*

Nobilitas omni honore, vt respectus & dis-
crimen inter personas conferuetur, nec im-
portuna fiat commixtio, dignissima est. Ve-
rùm vt nobiles hæc suam dignitatem confer-
uent, benè humaniterque erga omnes affecti
esse debent: nec tamè cuius bubulco aut ru-

XX.

*Nobilitas
omni hono-
re dignissi-
ma est.*

stico temerè se agglutinabunt, ne in contemptum veniãt. Necessè est enim vt subditi dominos superioresque suos reformident & timeant, ne perturbata aut confusa aliqua exoriat ur permistio.

XXI. Ne quis ingenio, potentia, viribusque suis tantum confidat, vt infirmitatè inimicorum suorum contemnere aspernarique omnino, deque omnibus fortunis suis gloria aut iustitię causa dimicare velit. Is enim tentat Deum, & impunitum id non auferet.

XXII. Ne quid maius viribus tuis aut ingenio excellentius aggrediaris, si quid enim ea exre detrimenti tibi acciderit, non solum id tacitè tolerari cogèris, verum omnibus despectui ludibrioque habebis. Quisque igitur conscientia suam prius examinet, geniumque suum per spectum exploratumque habeat.

XXIII. Accusator quod & supra monuimus in primis sit prouidus & circumspectus. Res enim veris incorruptisque indiget testimoniis.

CAPVT III.
ARGVMENTVM.

*Coruus vt egressus fuit, atq; cuniculus aula,
Multa Bruno metuit, pluraque dāna lupus.
Cōscia mēs sceleris minimis impellitur Euris:
Pace vel in media vir timez arma malus.*

Bruno & Isengrinius
discessum
corui & cuniculi gra-
uiter mole-
steque ferūt.

Metu recenti pallidus
Tremebat Isengrinius,
Sed nec minus doloribus
Bruno molestis carpitur,
Quod coruus aulam regit.

Liquis-

Liquisset, & cuniculus.

Tum Rex ait seuerior,

De Reinike iniurijs

Qui iam laborat conquere,

Is, iuris & vult regula,

Suas querelas proferat.

Quam miror hoc silentium

Obmutuere, qui prius

Queri volebant singuli.

An innocens Reinikes

Terremini presentia?

Profecto Rex clarissime

Sic est, refert Vulpecula.

Plerumq; multi fortius,

Absentibusq; durius

Queruntur aduersarijs,

In hostium presentia

Qua forsam intermitterent

Ut coruus ignauissimus

Iam fecit & cuniculus:

Qui me fauore regio

Priuare nec non pessimo

Leho studebant tollere.

Qui mille nugacissimas

Absente me calumnias

Sparsero, nunc se subtrahunt.

Cum nempe praesens impia

Refello tot mendacia:

Quibus tamen, si me rogent,

Ob regis amplitudinem

Culpam velim remittere.

Tum Rex ferox interrogas,

Rex dat ad-
uersariis li-
centiam con-
querendi in-
iurias quas
aduersus
Reiniken
coeperint

Timiditate
aduersarij
Reinike su-
am probat
innocentiam.

Exprobrat
Vulpi Rex
beneuolen-
tiam suam.

*Fraudator astutissime,
Et Vanenequam Reinike:
Dic causa quæ commouerit,
Quod nuntium lepuseulum
In regijs negotijs
Tam turpiter necaueris.
Errata quæ commiseras
In me, tibi donaueram
Hac lege, quò maturius
Sanctas adires insulas
Claras Iacobi nomine,
Exinde Romæ Prasulem
Inuiseres ter maximum,
Quibus peractis in tuam
Tutus redires patriam,
Quæ cuncta nos indulsimus
Vulpi tibi nequissime,
In posterum quò cautior
Vitam scelestam corrigas,
Primum mihi sed omnium
Quod contigit resciscere
Correctione de tua,
Id mors erat grauissima
Miserrimi Lepuseuli,
Quem morsibus durissimis
Crudeliter necaueras
Caputq; tabo squalidum
Mihi ministrum Regium
Per Bellinum transmiseras.
Pedem tuum cum sacculo,
Quibus Viator Viatur,
Huc ipse nobis attulit.*

Signa pœ-
nitentis
Reinike.

Qua propter acre Bellinus
 Vita tulit periculum,
 Tibiq; mox scarie
 Continget idem perfide.
 Tunc Reinike suspirium
 E corde ducit intimo,
 Et ter quaterq; largius
 Incepit ingemiscere.
 Quid, inquit, an lepusculus
 Occisus est cum Bellino?
 Heu luctus, heu tristis dolor,
 Cur vel diem unum vidimus
 Amabilesq; luminis
 Vitalis auras hausimus?
 Heu quanta Regum munera,
 Opesq; delectabiles
 Inops miserq; perdidit
 Quot mille Gazas Persicas,
 Gemmasq; nobilissimas
 Cum Bellino transmissimus?
 Quis crederet mortalium,
 Quod ampla propter munera
 Opesq; nostras Bellinus
 Necasset hunc lepusculum,
 Fidum laboris asseclam,
 Viq; seruum lubrica?
 Qua verba vix finiverat
 Prestigiator Reinike.
 Rex mente perturbator
 Exurgit, & cito subit
 Conclauē gressu regium:
 Furore summo percitus

Reinike ex
 falso corde
 suspirat.

Vide quāta
 Reinikes
 astutia sit
 in excogi-
 tādīs dolīs

Rex rursū
 irascitur, &
 doletq; Rei-
 nikē adeo
 perplexe se
 cum loqui.

Quod

Quod aure nunquam dextera
 Perplexa Verba Reimikes
 Aperta posset noscere.
 Senuis eum lictoribus
 Donare iam decreuerat.
 Sed in cubili Regio
 De publicis negotijs
 Regina cum lectissima
 Clam conferebat Rigena
 Qua cum Leonem concitum
 Furoris iracundia
 Supervenire conspicit,
 Non litis huius aut noua
 Ignara controuersia
 Vulpi cupit succurrere
 Aitq; clementissime
 Quid, oro, Rex traferis?
 De stirpe cretus nobili
 Est Simiarum Reimike,
 Minatq; temnens omnium
 Et liber in pratorio
 Nullius aspectum pauet,
 De patre nobilissimo
 Trahit genus clarissimum.
 Is extitit Virtutibus
 In omnibus spectabilis,
 Brunone tum prestantior
 Tum maior Isengrino,
 Qui iuris expertes nihil
 Interpretantur dextere.

Rex respon Tum Rex ait, ne Rigena
 dit Rigene. Mentem trahit miratio.

Quod

Quòd scilicet seuerius
 Irascar huic Vulpecula,
 Lepusculum qua funere
 Extinxit indignissimo,
 Et causa mortis Bellino,
 Multisq; pestis extitit.

Respondet ipsi Rigena,
 Presente nonne Reinike
 Prius locutos plurima
 Statim tacere vidimus?
 Quis ergo Vera dixerit
 Qua conqueruntur, amittat
 Ob singulare pectoris
 Acumen & solertiam,
 Odere cuncti Reiniken.
 Nam Rex adhuc clarissime,
 Facti recordor illius,
 Cum nuper inter Rusticum
 Ortasq; lites aspidem
 Is vnicus componere
 Vastis valeret fraudibus,
 Vt ipse Rex astutiam
 Extolleret & vulpecula
 Et pradicares gloriam.

Rigena cau-
 sam regi,
 quare Rei-
 nike tot i-
 nimicos ha-
 beat, expli-
 cat.

Rigena pru-
 dentiã Rei-
 nikes exē-
 plo probat

COMMENTARIA.

Primò docetur hinc accusationem clande-
 stinam ipsi ferè auctori, periculosissimam esse,
 vt sapè iam dictum fuit. I.

Quòd quilibet Christianus, iuxta legem *Dimitte ne*
 diuinã proximo suo errores delictaq; omnia *bis debita*
 teneatur ignoscere & dimittere. Quoniam *nostra sic-*
 enim *ut, &c.* II.

enim pater cœlestis ei qui aliis ignoscere dedignatur veniam concedet? Præterea is qui proximo nō parcat, quotidie orationem Dominicam cum recitat, seipsum condemnat & reum ostendit.

III. *Tabellarij* fruuntur licentia. Quantumuis enim Princeps nullum maleficium impunitum præmittere debeat: in primis tamen tabellionum caueat securitati. Quibus si nulla in profectioibus concedatur libertas, sed eos quisque pro suo arbitrio inuadat, nullę ad quenquam saluę peruenturę essent literę. Quæ ex re sine dubio maxime Rebus publicis erumperent clades.

IIII. *Non est sapiens* Quod non sit sapientis viri dicere, non putaram. Prudens enim vir non tantum præsentia pōderare, verum & futura respicere in illudque animum intendere debet, quod humana voluntate nihil inconstantius, fideque perfecta nihil inueniatur rarius: Denique in omnibus humanis plus de mobilitate, quam stabilitate sibi persuadeat.

V. Periculosissimum esse alicui fidem temere adhibere: Quæ nec inter fratres sorores, aut proximos consanguineos hoc pestilentissimo seculo tutam inuenies. Quoniam secundum Poëtam verissimè,

Ouid. li. 2. *Vulgus amicitias vtilitate probat.*
de Ponto.

VI.

Quod meritò principes fidelium suorum consiliariorum liberos protegant, ament ac defendant. Magna sanè est gloria, si honorificam

ficam de parentibus tuis audias fieri mentionem, apudq; omnes propterea gratior acceptiorq; fias. Quid autem peius aut detestabilius quàm si tuis virtutibusque maiorum confusus in quæuis corruas flagitia? Quamobrem is qui ad verã nominis accenditur gloriam, se humanum, affabilemq; erga omnes ita gerat & exhibeat vt posteris nõ secus suos filios, atque ipse propter parentum amplitudinem acceptus fuit, charos commendatosq; relinquat.

Vix maiorem in aulis principum esse perniciem quàm cum omnes omnis eruditionis expertes, iurisq; ignari sunt consiliarij. Varia enim subitaq; quotidie incidunt negotia, que certè non nisi à prudentibus & ingeniosis commode apteq; discerni explicariq; possunt hominibus. Tum magni interest, ne Secretariorum negligentia in causis dijudicandis laus principis imminuatur, salusque interdum omnino deseratur.

VII.

Quantum principum ceant illi rati consiliarij.

Quod maiorem ars non habeat inimicum quàm ignorantem. Quemadmodum sapiens neminem nisi stultum odit. Quò autem plures stultos, hoc plures etiã haebit inimicos. Simile enim simili gaudet.

VIII.

Ars nõ habet inimicum nisi ignorante.

Ne amici laudem eloquentia tua ita cumules, vt inimicum factum non rursus culpate aut vituperare possis. Cæterum laudari potest homo, dum se laudabilem gerit: Qui idem vbi se culpabilem exhibuerit, culpandus erit maximè.

CA.

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

*Historiam, Regi quò concilietur, anilem
Rigena de Vulpis calliditate refert.
Simplicitas nostro germana refriguit auro,
Omnia sunt nugis, omnia plena doliis.*

Rex negat
se meminif
se amplius
gestorum
Reinikes.

HAEC Verba postquam Rigena
Rex auribus perceperat,
Quacunque, dicit, pradicat
Præclara gesta Reinikes
Diu vetustas obruit,
Meisq; raptis sensibus
Oblivioni tradidit.

Respondet Vxor Simij,
Ni forsitan molestius
Sit, auribus regalibus,
A proxima vulpecula
Narrabo res origine.

Narratio
de angue
& rustico.

Secundus annus ducitur,
Ni fallor, hic in compis
Quòd implicatus retibus
Iacebat anguis maximus,
Extinctus Et ieiunio
Fuisse improbiſſimo.
Viator ecce præterit,
Quem voce serpens inuocat,
Vt impeditum compede
Dissoluat atq; liberet.

Anguis
frangit fi-
dem.

Benignus inquit rusticus,
Fidem tuam certis mihi
Astrinxeris si legibus:

Nullam

Nullam quod atro toxico
 Inferre vis iniuriam,
 Plagas resoluam nexiles.
 Promittit anguis, dat fidem.
 Sed quando iam durissimis
 Solutis iret vinculis:
 leuitate corporis
 Urgetur is grauissima,
 Viroq; bella comparat:
 Magnisq; cum stridoribus
 Fulgoribusq; profilit,
 Vt innocentem rusticum
 Neci queat demittere.

Torno furentem luminis
 Viator ager respicit,
 Atq;, latro per fide,
 Num sponsonis immemor,
 Votiq; factus es datis?
 Respondet anguis rustico,
 Fame premor grauissima
 Qua multa suadet impia.

Iam mentis impos rusticus
 Procumbit, angui supplicat,
 Ah parce, vitam per dito
 Concede, donec quispiam
 Huc appropinquans venerit,
 Qui iura nobis explicet,
 Meamq; causam iudicet.

Lethalis, inquit, si per a
 Volo tibi volubilis
 Per tempus hora parcere.
 Sed dum potenter ambulat,

Duo corui *Duos agelli fertilis*
 primi iu- *In fossione rusticus*
 dices. *Sedere coruos conspicit.*
 Iudiciū cor *Quibus suam sententiam*
 uorum ini- *Et narrat infortunium,*
 quum. *Vterq; portuinculam*
Sperans rapina, viperam
Extollit amplis laudibus,
Bonumq; damnat Rusticum,
Qui territus sententia,
Hac ipse dicit Viperæ
In parte nil concesserim,
Coruos rapaces odimus:
Vterq; prado pessimus
Nil iuris in me continet.
Quin ergo dicit Viperæ,
Nunc latius procedimus?
Tunc obuiam decurrere
 Vrsus & lu- *Vrsus lupusq; cernitur,*
 pus secun- *Quorum miser sententiam*
 di iudices. *Expectat acrem Rusticus.*
Vrsus lupusq; que, qui nouam
Litem volebant tollere,
In ore firmant protinus.
(Cum preferenda legibus
Per sepe sit necessitas)
Vt absq; causa rusticum
 Anguis rur *Impastus anguis deuoret,*
 sus conde- *Famemq; duram comprimat.*
 mnatū ru- *Tunc acris infit rusticus.*
 sticum occi- *Nam sanus anguis denuò*
 dere cona- *Quod iura bis per arbitros*
 tur.

Pronunciata iam forent,
 Hunc deuorare nititur.
 Qui rursus humanissimo
 Se purgat ore viperæ,
 Atque quamuis arbitri
 Die bis vno pessimi
 Innoxium damnauerint,
 Id omne stoccipendimus,
 Ipsos enim sicarios
 Fuisse constat iudices.
 Hanc ergo controuersiam
 Dabo ministris aulicis:
 Hi quod sinistrum duxerint
 Rectum se iudicauerint,
 Ratum maneto perpetuum.
 En parcimus diutius
 Respondet vrsus, cogitans
 Ad regios deuenerit
 Res ista si notarios,
 Pronuntiat a per lupum
 Consentient sententia.
 Ad Regis vtratorum
 Peruenerant, miserrimus
 Tremat pauetq; Rusticus,
 Opemq; vestram flagitat
 Iniuriasq; noxij
 Serpentis omnes explicat.
 Tunc vestra Rex o dignitas
 His condolebat plurimum,
 Et iura prouidentius
 Examinabat omnia.
 Lex namq; causa viperæ

Rusticus se
 purgat an-
 qui.

Vrsi respon-
 sum.

Rusticus iu-
 dicium ad
 regios de-
 fert confi-
 liarios.

Iudiciū re-
 giorū con-
 siliariorū.

Q

Mori

Mori vetabat rusticum.

At ceteri, ieiunio

Quod nil foret molestius,

Pronuntiabant legibus,

Quod iure possit optimo

Hunc deuorare Vipera,

Sic fluctuare Regij

Cæpere Secretarij,

Quoumq; venit Reinike,

Qui rite causa cognita

Lites diremit omnium.

Nam consulebat, Vipera

Vt denuò prioribus

Inuolueretur retibus.

At si colonus aspidis

Cassès secundo rumperet

Aut sponte r. sum solueret:

Deberet omni perpeti

Quodcunq; serpens Rustico

Inferret infortunium.

At liberare Viperam

Si nolit ipsam Vinculis

Ad munus illud Rusticum

Nemo queat compellere.

Sic vindicabat Reinike

Serpentis astum callidi,

Laudabilisq; Rustici

Euectus est preconio.

Is mille tot scientijs,

Sublimioris ingeni

Abundat atq; dotibus.

Idem Leonis ferijs

Reinike li-
tes inter an-
guem & ru-
sticum di-
remit.

Reinikes
in iudicijs
acumen o-
stendit.

Reinikes
scientia &
Virtus lau-
datur.

Regina Verbis approbat.
Non, inquit Isengrinus
Brunoq; sunt spectabiles
Et inter aula Regia
Viros habendi nobues?

Regis Vxor
& ipsa Rein-
niken com-
mendat.



Fortes, potentes, strenui,
Cedunt nec & illi maxima
Velocitate corporis,
Audaciaq; virium,
Sed nil valent prudentia.
Sic in Gigantis sepius
Robustiori corpore,
Inest parum solertia,
Salisq; nil absconditi,
Id omnibus concesserim.
Quod noctis atra tempore,
Ob robur ingens corporis,
Multis timentur aulicis,
Nec sumtuosis & spiam

Brunonis
& Isengri-
nij Virtutes
recenset.

Q 2

Liben-

Reinikes
industria
multis mo-
dis est per-
specta.

*Libenter absunt ferculis,
Iam Reinikes industria
In arduis negotijs
Perspecta multa est modis,
Brunonis est ignauia,
Lupiq; negligentia,
Cunctis parant fastidium.*

*Saltem Valentis corporis
Cordisq; magnitudine
Nituntur, atq; viribus,
Cum res ad actum peruenit,
Et dimicandum cominus
Est forsam, ignauissimus
Vterq; turpi cernitur
Fuga salutem querere.*

Virorum &
luporum
proprietas

*Vrsi, lupiq; principum
Quieta turbant acria,
Et dissipantes omnia,
Tributa regum decoquunt,
Predantur & prouincias,
Nec estimant seu ciuium,
Domusve Regis ardeat,
Ruasve, prunis dummodo
Se publicis calfecerint:
Simunt perire cetera,
Carnes & ossa deuorant,
Ollas inanes omnium
Rerum relinquunt pauperi.*

Reinike vr-
lis & lupis
longe ex-
cellentior.

*At iuris obseruantior
Boniq; vniu Reinike.
Qui cum semel negotijs
In regijs deliquerit,*

Id

Id euenire pluribus
Potest, quod illi contigit.

Is in repertis principum
Regumq; factis omnium
Excogitandis praualet.

Rogamus ergo supplices
Rex in fauorem pristinum
Tuum reponas Reiniken.

Rex cautus inquit, Rigena
Nos inuicem de Reinikes
Virtute consultabimus:
Quamuis enim negotijs
In sustinendis dicitur
Exercitatus omnibus:

Dolo tamen circumuenit
Et fallit omnes fraudibus:

Moresq; Vulpis occultit,
Et fœdus omne negligit:

Suisq; scit præstigijs
Se Vinculis ex omnibus

Tam subdolè subducere,
Vt ipse fallacissimas

Demurer eius machinas:

Catum, lupum, cuniculum,
Coruum, Brunonem, Bellinum,

Is vnus omnes decipit.

Sic dicit atq; curiam

Alti subibat atrij,

Multos Vbi Vulpacula

Bilinguis hostes conspicit.

Rex reginæ
ad petitionē respon-
det:

Rex mali-
tiam Reini-
kes innatā
declarat.

Reinike o-
mnes deci-
pit.

Licet ex officio Christianę charitatis alter alteri benefacere, & de quouis bene promereri teneatur: Tamen certum in cōferendis beneficiis personarum habere respectum nulla lex prohibuit. Is enim cui semel liberā tuam gratificādi voluntatem significaueris, ab eoq; *factus pro* *missum nō* *soluendum* deceptus & fraudatus fueris, is nec in posterum benemerenti refert gratiam.

II. Ne verborum tuorum pactionem quibus iusiurandum complexus es, facillē dissoluas aut negligas, nisi extrema coactus necessitate, aut ætatis tuę imperitia, aut propter honorem Dei, dignitatēve nominis violare compellaris. Affirmationem enim religiosam qui diligentius ponderauerit, non facillē eam, quam Deo teste promisit, fidē dissoluet. Quapropter benè faciunt iudices, qui non temerè ad iusiurandum compellunt alios. Si tamen veritatis explorandę gratia aliter fieri non potest, prælectis explicatisque prius Sacramentis, arctiori ad stringendam fidem vtuntur vinculo.

III. Quàm periculosum & graue sit coram liuido & inuidioso (qualis hic per coruum significatur) Iudice habere causam.

IIII. Prator nunquam solus causas capitales *Leuitatē in* iudicare aut damnare contendat: Verū plures *dices in da* res & prudentes in iudicium adhibeat *mnando in* Senatores. Non enim inanis aut leuis res est, *dicandoq;* alicui vitam adimere, quam, etiam si per mille annos *pceni-*

pœnitentia ducaris, restituere nunquã potes. *Vitare de-*
bent.

Quod nemo avarus aut scenerator, qui in- *V.*
 iuriosa alienorum laborat appetitione bono- *Nemo aua-*
 rum, ad Rempubl. gubernandam munúsve *rus ad ma-*
 prætorium deligendus sit. Inuenirentur enim *gistratus*
 plurimi, qui inflammati ad diuitias donisq; *officiũ de-*
 corrupti aperta mendacia astruere, & mani- *ligendus est.*
 festæ veritati se opponere haud verituri sint. *VI.*

Non minus difficile quàm tædiosum esse,
 coram insulso, stulto, & illiterato Iudice cau-
 sam orare. Cæcus enim de coloribus quid iu-
 dicet? Hoc itaq; officij onus bonis, doctis &
 prudentibus viris sine respectu interdum ge-
 neris aut familiæ deferendum est.

Quod necessitas nullis astricta legibus fer- *VII.*
 rum, filices & adamantina frangat. Quamuis *Necessitas*
 autem per hanc quæuis excusari non possint *non habet*
 flagitia, tamen in decidendis & dijudicandis *legem.*
 causis nunquam negligenda est.

Quam iucundum & salutare sit, cum sub- *VIII.*
 diti omnium laborum suorum & sollicitudi-
 nem profugium & præsidium in Magistratu
 collocare & reponere possint, Quod facilius
 non fiet, quàm si à principe vel rege integris,
 piis & incorruptis Respublica gubernanda
 committatur hominibus.

Iudex semper in iudicando respectum di- *IX.*
 gnitatis suæ celebritatemq; nominis intueri *Iudex sem-*
 debet. Non enim leuis ignominia est tâquam *perdignita-*
 iudicij corruptorem legumq; violatorem di- *te personæ*
 gito omnium demonstrari. *sua intueri*

Ingratos sua haud dubiè pœna manet, nec *debet.*

X.
Ingratitudinis praemium.

vlla ipsis vnquam fides apud eos, quibus subdole semel imposuerint, habebitur, & redeuntibus occinetur,

Statoris, & pausa, &c.

XI.
Sapientia audacia & fortitudini preferenda est.

Multò plus sapientiam & animi industriam in homine, quàm fortitudinem corporis atque audaciam extollendam & laudandam esse. Ex his enim furiosa quaedam stultitia & inconsiderata persæpe oritur temeritas: Illis amplissimæ salus & vtilitas conseruatur provincie. Quod nemini qui in operosis quotidie Reipublicæ versatur negotiis incognitum esse planè confido.

XII.
Avaritia & Usura omnia destrunt.

Quod lupi vniùque voraces, id est, Avaritia & Usura non solùm immensas destruant regiones, verùm etiam res omnes communem vtilitatem continentes labefactent & comminuant. Indies enim videmus, quam difficiles emptiones, & subdoli contractus ex clandestinis Danistarum in forum inuehantur infidiis. Nam etsi Deus optimus maximus vbertim fructus terræ largiatur, & abundanter omnibus profundat: ipsi Timiopolæ (vt Græci vocant) nullis exatiantur bonis, verùm omnia coëmunt & præmercantur, vt rerum pretia accendant & annonam flagellent, laboresq; inopis populi longè durissimos exugant. Tales autem vt accuratè impediuntur emptiones, magistratus officium proprium est. Nec ipsemet se talibus occupare debebat negotiationibus. Si autem quis inopia compulsus, frugum fructuumq; perceptiones di-

uen-

uendere cupiat, estimatione adhibita incommodum pauperum, illud ita facere poterit, ne emendi aut vendendi quaestu & lucro ductus fecisse videatur. Verum quis sua, inquit, si ne remuneratione abiiciat? ita quilibet beneficium serere contendit, vt & fructum inde metere possit vberimum. Dum itaq; pauperes ob penuriam se inuicem iuuare nequeunt, diuites autem erga inopes liberalitatem aliquam exercere negant, quomodo Reipubl. corpus saluum & incolume esse poterit?

Quod viro bono & candido, qui semper probitatis commendatione boni viri speciem tueri solitus est, si casu aliquo delinquat, ignoscendum sit, nec ignominiosè propterea de eo loqui conueniat. Qui enim sine vitio viuit, primus in eum lapidem iaciat suum. At qui ex malo proposito pertinacius in peccato obdurat atque perseuerat, is humanus non est, sed diabolicus. In omnibus igitur erit modus pulcherrima virtus, & medium tenebunt semper beati.

Principes fidelium, prudentum, & literatorum hominum opera aut conuersatione omnino carere non possunt. Quamobrem etiam ab iis humaniter liberaliterq; tractari debent, ita tamen ne cuiusquam petulan-

tiæ aut iniuriosæ voluntati indulgeant.

Q f CA

*Quilibet ita
beneficiū
serit, vt &
fructū inde
metat suū.*

XIIII.

XIIII.

CAPVT V.
ARGVMENTVM.

Innocuum Gulpes Lampū mactasse probatur,
 Ipsatamen miracalliditate negat.
 Quam nostris hodie fallacia regnat in aulis?
 Quam male mens illic nescia fraudis agit



Rex de occi-
 so Lampo
 examinat
 Reiniken.
 Reinike
 crocodyli
 lacrymas
 effundit.

TVm denuo Vulpeculam
 Deslebile lepuseula
 Rex sciscitator funere.
 Eucosus inquit Reinike,
 (Simulq; lumen humidum
 Virunq; tergit dextera)
 Mallem pe: auras aetheris,
 Quod noster euanesceret,
 Volaret atq; spiritus.
 Tu quaso tantum regias
 Benignus aures applica:
 M. testanam conuita
 Si veritate simplici

Vulgi

Vulgi furentis Vicero,
Mitis lubensq; perferam.

Permixta nam constantia
In rebus arctis lenitas,
Aduersa vincit omnia.

At si nocentem repperis,
Convincor & lepuscule
Ut latro crudelissimus,
Demitte morti noxium.

Non horacerta temporis
Sustollit aegritudinem
Mentis mea grauisissima.
Nec vlla me suspirijs
Dies lenabit anxijs.

Quod proditoris impiam
Per Bellini fallaciam,
Opes meas amiserim,
Quibus pares nec India
Nec tota vidit Africa.

Quas propter is lepuscule
Necem scelestus intulit.

O qui vel omnes sedulo
Interrogando maxime
Rimetur orbis angulos
Ut has opes offenderet.

Mox inquit vxor simia,
Adhuc tuas capacior
Si terra gemmas continet,
Confide, percontabimur
Regalis aula clericos,
Vulgiq; multitudinem.
Dic ergo gemma proprijs

Patientia
omnia vincit.

Reinike in
Bellinū cul
pam trans-
fert.

Reinike ad
mirabilis
in mentien
do astutia.

Cuiusq; de virtutibus.

Repertor admirabilis

Dicebat astus Reinike:

Fuere nobilissima,

Id propter extimescimus:

Nam quisquis has inuenerit,

In scrinio reconditas

Seruabit occultissimo.

Heu sortis infelicitas,

Si nanq; id affines mei,

Aut vxor intellexerit:

In pristinam cum coniuge

Nunquam redibo gratias:

Vetante qua negotium

Hoc bellino commisimus.

Quamuis enim propter meam

Absoluam innocentiam,

Nunquam tamen sedabitur

Hac agritudo pectoris,

Quousq; mæstus oppida

Vrbesq; perditissimis

Erroribus compleuero,

Vt vel remotas omnium

Perconter oras gentium,

Etsi graui periculo,

Et debeam cum sanguine

Vitam meam profundero.

COMMENTARIA.

Diligenter iudicem omnia percunctari
debet, quo seuerius flagitia commissa punian-
tur, Quamobrem nec quauis vana aut ludi-

era

era excusatione contentus esse debet,

Quod in aduersis rebus nihil melius, nihil
præstantius, nihil deniq; nobilius patientia
existere possit. Et iuxta Poëtam:

Leue fit, quod bene fertur onus.

Patientia autem constantiæ soror quãuis
læsa in furorem sæpè conuertatur, tamen ex-
empla hîc bonorum fortiumq; virorũ vnũ
atq; alterum, quia iucunda lectu sunt, in me-
dium adducam, quæ si adolèscentes imitanda
proponent, non modò non incident in illum
hominum ingenio inimicum furorem: sed &
meliores fortioresq; ac non sine immortali
admiratione illustriores euadent. Dion Ale-
xandrinus Philosophus, multis cõuitiis pro-
brisq; à quopiam læcessitus, non respondit.
Cæterũ ubi intra ædium suarum vestibulum
venisset (nam eò vsque conuitiator inse-
ctatus fuerat) nihil se turbatũ ostendens, hoc
tantum infinuauit, ne gry quidem. Cõuicia-
tor animi impotètia superatus, *laqueo vitam
finiuit.* Socrates à quodã calce percussus, ad-
mirantibus illius patientiam dixit. Quid si
me asinus calce impetisset, num illi diem di-
xissem. Idem colapho percussus, nihil aliud
fertur dixisse, quam molestum esse, quod ne-
scirent homines, quando cũ galea prodire de-
berent. Diogenes pinguẽ saliuam à Lentulo,
in facie cùm accepisset, nihil motus ait: affir-
mabo ò Lentule, amodo falli oēs, qui negarēt
te os habere. Aethiopes, illos qui vltra finũ A-
rabicũ sunt, si qs ense pcusserit, nō diffugiūt,

II.

*Nihil sapiē-
tia præstan-
tius.*

Ouid.

*Patientia
exempla.*

*Dion Ale-
xandrinus.*

Socrates.

Diogenes.

Aethiopes.

& verbera & iniurias perferentes: neq; quisquam vel alterius vulnere vel damno mouetur. Sed sæpè filios aut vxores, sine vlllo dolore interfectos aspiciunt. Deniq; omnia mala quieto animo perferunt, ad percussores tantum prospectantes, ad singulosq; mouentes caput. Pittacus sapiens cum conuiuio hospites accepisset, mulier superueniens mensam ob iracundiam euertit, turbatos hospites & ipse solat⁹ est, & patiētissimo animo pertulit.

Quicumq; res preciosas, aurum, gemmas, aut pecunias per ignotas transferre cupit regiones, nulli eas communicet aut ostendat. Id enim periculosum imprimis est, multosq; persæpe nihil tale suspicantes, ad maleficium compulit.

Vir se in ædibus suis dominum virumque esse meminerit, nec potestate aut arbitrio mulieris suæ (vt multis hodie accidit) conculcasi patiatur. Quod tamen non idcirco dictū velim, vt quis vxorem quam fidelem quasi domus custodem, rerumque omnium procuratricem agnouit, abiectissimæ ancillæ aut pedisseque loco habeat, sed velut acerbitatis omnisq; hilaritatis sociam amplectatur. Nec quicquam temerè, quod res domesticas attinet, sine consilio vxoris adhibico & discusso commutet. Fidelis enim vxor ad suum commodum spectantia fideliter etiam cōsiderat.

Ne quis leuiter aut improuidè ob fragilia & caduca huius mundi hona se in periculum vitæ coniciat, Ob splendorem autem & glo-

gloriam nominis tui quiduis potius perferas.
 In exiguo enim temporis spacio persape ere-
 pta recuperatur pecunia. At vitā semel amif-
 sam, aut dignitatem tuam ademptam nun-
 quam reparare aut redimere poteris. Nec is
 qui vitam lucri causa profundit, detestabili
 caret ignominia & dedecore.

CAPVT VI.
 ARGVMENTVM.

*Plurima de gemmis recitat mendacia Vulpes,
 Occulat vt verum simplice pelle lupum.
 Sic homines stolidi falluntur imagine veri,
 Dum sibi quisq; supit, Et sibi quisq; placet.*

Rex oro nobilissime,
 Aut dolosus Reinike,
 Aurem fauentem prabeas,
 Meas tibi clarissimas,
 Per infidelem Bellinum
 Malo remissas omine
 Quousq; gemmas explicem.
 Rex ergo, fandi copiam,
 Ait, tibi concedimus.
 Tamen cauetofutiles
 Pro more nelicentius
 Ineptias effuderis,
 Aut fortè longioribus
 Utare nunc ambagibus.
 Tunc multa versins pectore
 Orditur istis subdolam
 Orationem Reinike,
 Eheu mihi miserrimo,

Reinike
 pergit de
 gemis suis
 nugari.

Qui

Qui sortis amplas maxima
Possessiones perdidit.

Primo recordor, annulum
Amisimus mirabilem:
Hac dextera quem Bellino
Fideliter commiseram,
Qui totus illustrissimo
Lucebat auro splendidus.
Huic artifex incluserat
Miralapillum dextera,
In ambituq; circuli,
Decircinarat prouidè
Recentiores literas,
Triplexq; nomen additum.
Quod arte certè sculpserat
Magister admirabili.

In Regis alta curia
(Licet nec vllum despuam)
Hæc scriba nullus perlegat,
Nec Doctor vllus explicet,
Apella quàm doctissimus
Noster Magister Abrion,
In Vrbe qui Tremonia
Ædes superbas incolit.
Huic annulum pulcherrimum
Non occupato serijs
Nogotijs ostenderam.
Is asserebat annulo
Hoc esse nil præclarium,
Et inueniri rarius,
Inscripta nanq; desuper
Ex patris hortis optime.

Magistri A-
brionis lu-
dæi laus.

Dei beatioribus
 Seth attulisse nomina,
 Qua si quis omni tempore
 Occulta secum gesserit:
 Illi nihil tonitrua

Aut Daemonis praestigia
 Vel iactus ingens ignei
 Potest nocere fulminis.

Nec Brunacum densissimas
 Nives reportat horrida,
 Periret acri frigore,
 Nec in virente perditus
 Aetate contabesceret,
 Sed ut vir annis integer
 Polleret omni robore,
 Dulcemq; securissima
 Metam senectae tangeret.
 Sed praeter haec in annulo
 Auro lapis circumdatus
 Erat niger carfunkulus,
 Qui noctis obscurissima
 Graues tenebras auferens,
 Dabat gerenti lumina.
 Hunc si quis aeger dextera,
 Aut veste saltem tangeret,
 Lues abibat ilicet.

At in sinistra nobilem
 Hunc qui gerebat annulum,
 Securus orbis quaslibet
 Abibat in prouincias.
 Vim fluminum minacium,
 Ignemq; spernens fulguris

Annuli vir-
 tutes inesti-
 mabiles.

Nec

Nec proditoris machinas
 Vllius expauesceret,
 Claudiue possit carcere
 Quicumq; saltē gemmulam
 Ieiunus hanc aspexer. ut:
 Is mille quamuis agmina
 Vincebat vnus hostium.
 Adhac venena qualibet
 Virtute magna sustulit.
 Coramq; summis Regibus
 Manuferentem dextera
 Is gratiosum reddidit.
 Quem propter excellentia
 Virtutis alma munera
 Regi tibi transmiseram.
 Nam cogitabam pauperem
 Quod dedeceret nobilem,
 Et conueniret optimo
 Regiq; nobilissimo,
 A quo sulus certissima
 Et subditorum dignitas
 Dependet omnis vnico.

COMMENTARIA.

I. Ne, quando Principibus loqui studes, nisi
 Quando cum magna res efflagitat, multis verbis per-
 principib. plexis, aut circuitationibus vtaris. Alia enim il-
 loquendum lis incumbunt negotia, quā vt tuis auctul-
 sit. tent ineptiis.

II. Cum iacturam aliquam fortunarum tua-
 In aduersis rum facis, virum te ostēdito, nec statim mu-
 fortiter. liebri consternaris animo, aut honorem cum
 reti

reti amiffisse cogites. Illa enim quæ tātum pe- *gēdum est*
 cuniæ causa conflata est gloria, variabilis & *rebus,*
 fucosa leuiffimo quouis vento impellitur &
 commutatur.

Ne vnquam absentesca ūnieris, aut cūm *III.*
 de maiori honorificentius aut gloriosius præ-
 dicas, minorem intereā ne contempnas aut
 culpes.

Vt Deo indies pro incredilibus herba- *IIII.*
 rum, lapidum, radicumque potestatibus in- *Deus om-*
 gentes agamus gratias. Tantam autem in iis, *nia iuxta*
 atque in Deo ipso, spem locare, ita vt non ad *arbitrium*
 laudem eius, sed potius abufum dirigas, de- *ſuum mu-*
 mentiffimum est. Ipse enim pro arbitrio ſuo *tare poteſt.*
 & voluntate ineffabili omnia, quandocunq;
 vult, mutare & variare poteſt, & vt noſtri te-
 ſtantur Iambi,

*Adhuc Magiſter omnium
 Rerumq; ſuſtor permanet,
 Et permanebit omnia
 In ſempiterna ſecula.*

Quod certum & honorabile discrimen in- *V.*
 ter personas eſſe conueniat, quocirca ſe quiſq;
 in tali habitu ornatuq; corporis talem exhi-
 beat, vt inter præſtantioreſ poſitus, pro ſuæ
 dignitate perſonæ dignoſci & cenſeri queat.

Quod, ſecundū Deū, vniuerſa ſalus & reip. *VI.*
 perditio in magiſtratus auxilio & voluntate
 conſiſtat. Is enim ſi fideliter prouinciā ſuam
 defendit & gubernat, ita vt bella, caritasq; an-
 nonæ, reliquaq; infinita incōmoda exulent,
 feliciter proſpereq; ſuccedūt & adminiſtran-
 tur omnia. *Quam-*

Subditima Quamobrem subditi debita reuerentia, ti-
gistratum more & pietate sic magistratum suum obser-
suum hono uent & colant, quo ad ardentio rem curam
rare debet. Reip. adhibendam inflammetur. Porro cum
 prouincia alicui bonus & fidelis contingit
 princeps, nullo puncto temporis intermisso,
 populus pro eius conseruatione atque inco-
 lunitate apud Deum instare debet, vt ipsi ad
 communes vtilitates pie & pacifice conser-
 uandas, prauasq; hominum opiniones euel-
 lendas gratiam inspirare, & contra inimicos
 victoriam concedere dignetur.

CAPVT VII.
 ARGUMENTVM.

Magnus morat seculi vulpecula laudes,
Quale ve rris amplius esse negat,
Quo maiora rudes homines mendacia fingunt,
Hoc meliora graui tempore dona ferunt.

AD hac tibi lectissima,
 Cum Bellino pulcherrimum

Reinike de *Regina nisi pectinem,*
 speculo & *Vitrumq; splendidissimum,*
 pectine me *His quale nemo finibus*
 tiri incipit. *Vidit, videbit, aut videt,*
Propter tuam clementiam,
Et singularem gloriam,
Virtutis & praconium.

Reinike be *Adhuc recordor scilicet,*
 neficia re- *Alto sepulta pectore*
 ginæ com- *Tot signa mansuetudinis*
 memorat. *In melocata perditum.*

*Tunang; tactum regio
Me subleuasti fulmine,
Regina formosissima,
De stirpe nata maxima,
Vt Rex mihi concesserit.*



*Vitamq; condonauerit.
Hoc ergo concinna animus
Speculi tibi munusculum:
Quod ex politum pumice
Ignotioris bestia
Ex osse fabricauerat
Leui stupendus artifex,
Id res ad vtilissimas
Accommodatur plurimas,
Nec non suam proxima
Odore complet omnia.
In osse miris fabulas
Coloribus distinxerat
Regumq; claras aurifex*

Speculi
pulchritu-
dinem figu-
ramq; Rei-
nike decla-
rat.

Fabulā Pa-
ridis specu-
lo inscul-
ptā Rein-
ike narrat,

Ima-

Imagines incluserat.

*In montis Ida Vallibus
 Vi pastor ille Dardanus,
 Obluta dona Palladis
 Iunonis & contemseris
 De&q; pomum Cypria
 Dans, iussit ipsam tollere,
 Duasq; forma vincere.
 Hanc quisq; norat optimè
 Leanis in palatio
 Narrationem Reinikes.*

COMMENTARIA.

- I. Quòd matrona honesto oriunda genere,
 quæ se laudabilè gerit, omni laude fit dignif-
 sima, meritoq; apud omnes extollatur & præ-
 dicetur.
- II. Obserua & perpende historiam Paridis,
 quæ certè, si rectè exponatur, multa iucundif-
 sima & vtilissima lectu in se complectitur. De
 qua aliàs, cum per ocium licuerit.

CAPVT VIII.
 ARGVMENTVM.

*Historiam speculi Vulpes in imagine narrat,
 Quam varia sculptam fecerat arte faber.
 Fabula quàm nostrum mendax oblectat in auro
 Hunc referò vulgo qui placuisse soles.*

Reinike
 pergit de
 Ipeato
 mentiri.

NVnc explicabo latius
 Speculi decus pulcherrimi,
 Ornabat illud ignea
 Glaucus Berillus lampade,

Is omne quicquid accidit
In quinq; miliaribus
Mox rettulit spectantibus.
Hinc arboris carissimo
Ligno fuit circumdatus,



Multi quod auro praeferunt.
Hic res vetusti temporis
Cum vividis coloribus
Pictas licebat cernere.
Hic è vetustis erutam
Annalium scriptoribus
Dignam relatu fabulam,
Speculoq; sculptam dixerò.
Erat caballus invidus
Qui cursum certamine
Cerno volens contendere,
Cuidam Bubulco supplicat,
Aitq; pastor optime,
Parere si mihi voles,

Reinike al
terā Histo-
riā specule
in sculptā
recenset.

Vehiq;

Inuidia e- Vehiq; nostro tergo re,
 qui ceruo Tecum volabopro tinus
 velciratē In lustra sylua proxima,
 inuidentiſ Vbi queas pinguiſſimum
 Alis ſuperbum cornibus
 Tuis ſagittis ſigere,
 Humiq; ceruum fundere.
 Rumore lato geſtiens
 Exultat acri gaudio,
 Equoq; paſtor inſidet:
 Paſſu caballus alite
 Syluas opacas tranſuolat
 Ceruumq; pinguem conſpiciť.
 Quem dum laborat inſequi,
 Cerui fugacis ſegnius
 Alacritate vincitur.
 Nec non bubulcum ſtagitat
 Descendat ſit velociter.
 At ille laſſi murmure
 Nihil mouetur ſupplici:
 Nec abſtitit, celerrimum
 Quouſq; ceruum ſterneret.

COMMENTARIA.

I.
 Mēiri in- Cui mendacia dicere ſtudio eſt, is circun-
 ter dñ cum ſpectus erit, ne in abſurda nimis impingendo
 ingenioſū parum ſibi ipſi conſtet. Quamuis enim ho-
 tum peru mine mendace & periuro nihil de reſtabi-
 tile eſt. lius, tamen in tempore ingenioſa adhibere
 Tria men mendacia perutile multis fuiſſe experientia
 dccij gene cōprobauit: Tria autem ab Auguſtino ponit-
 ra. tur mendacij genera, pernicioſum, officioſum
 &

& iocosum. Pernitiosum genus mendacij id *Pernitio-*
 rectè dicitur, si non habeas quem decipias, ti- *sum genus*
 bi metiaris & remetipsum fallas. Ut Psalmi *mendacij*
 sta testatur: mentita est iniquitas sibi. Ab hoc *quod sit.*
 mendacio cauendum sacrae ubique scripturae
 monent: Sic Ambrosius inquit, caue te fratres
 mendacium, quia omnes qui ament menda-
 cium, fratres sunt Diaboli, qui est pater men-
 dacij, & per illud homicida. Interdum quidem *Quare in-*
 concessum est diabolo, Chrysofomo testan- *terdum dia-*
 te, vera proferre, sed non in alium finem quam *bolus vera*
 ut mendacium suum rara veritate commen- *dicat.*
 det. Hinc consequitur pessimum esse genus
 hominum qui mendacijs student, & prae-
 cipue in doctrina religionis. Nam mendacium
 in religionis causa, una cum corpore interficit
 & animam. Secundum dicitur officiosum, *Secundum*
 quod ita intelligendum est, ut in gratiam ali- *mendacij*
 cuius amici liceat mendacium comminisci *genus offi-*
 & proferre. In mendacio autem qui esse po- *ciosum.*
 test officium, aut potest ne virtuti cum men-
 dacio commune aliquid esse? Saepè accidit ut
 alicuius fortunas, vitam, pudicitiam & simi-
 lia, commentitia narratione redimas, tum
 non proprie mentiri diceris, à proximi eni-
 corpore, vita, bonis & dignitate auertere in-
 commoda, veritatis adminiculum merito ex-
 istimabitur. Si verò ad secreta reuelanda quis
 alludat, non obesto quo minus officiosè ali-
 quid, quod utile sit Reipublicae aut Ecclesiae,
 nec ad falsitatem, sed ad veritatis custodiam
 pertineat, si id necessitas postulet, excogites.

R

Nam

Nam si fidelitatem in hac re, officioso huiusmodi commetero redimere opus sit, non mentieris. Is enim qui honestam causam habet ingeniosè aliquid excogitandi, quò magnum malum publicè aut priuarim auertat, & acimine suo insidiis inquirentium arcana elabatur, veteratorumq; tergiversationes eludat, mentiri dicendus non est. Tertium mendacii

*Tertium
mendacij
genus ioco-
sum.*

genus iocosum appellatur. Quod in iocosis salibus, i. ore, & sermonis consistit comitate. Quamuis autem in gratiam amicorum veteres Philosophi, nihil veritati detrahi voluerunt, ad quem modum & Cicero dixit. Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaueris. Quod & lex Christi testatur, cum dicit, sit sermo vester, est, est, non, non. Et iuxta Menand. versum. Omnis prudens & sapiens odit mendacium. Tamen non omnino reprehendenda aut abiicienda videtur *ὀυτραωδία*, nec velo ceu Curius aliquis aut Heraclitus, hominem statuae simile perpetuo durum & tristem esse. Nam & maxi-

*Maximi est
viri iocis
delectati
fuerunt.*

mi viri, Julius Caesar, Augustus, Cicero, D. Hieronymus, vt naturam aliquando in magnis sollicitudinibus molestiisq; leuarent, ingeniumque licentius recrearent, iocis, leporis, & sermonis delectati sunt vrbanitate. Comitas enim veritate tineta sapè ad leniendos a-

*Comitas
veritate
tineta mul-
tu prodest.*

horum dolores, aut ad placandos in ira multum prodest. Quamobrem qui in conuiuio honestis fabularum ex Poëtis, anigmatum & similia ex aliis scriptoribus recitatione ve-

tant, dementissimi vocati sunt. Sed haec tenus
de triplici mediocriorum genere dixisse sufficiat.

Ne, alicuius praeclarum aut artificiosum
opus cum vides statim aemulari aut imitari
nitaris, nam si ab eo quod exprimere coeperis,
deerraueris, inimicis ludibrio eris turpissi-
mo. Ergo quam quisque Spartam nactus fue-
rit, hanc exornet, id est, quamcumque provin-
ciam adeptus fuerit, huic se accommodet, &
pro eius dignitate se gerat.

III. Quod is qui singulari quodam odio
inflammatum in alterius detrimentum, curas,
molestias & labores suscipit, merito, si ipsi se-
cus quam expectarat, res eveniat, ab omnibus
despectui habendus & ludificandus sit.

Duplicem enim iure invidia habet merce-
dem: Alteram, quod plerumque periculum, aut
dolus in proximum conflatus & excogitatus ces-
sando in caput auctoris recedit: Alteram, quod sibi
ipsi poena existit gravissima, & suo plus no-
cet, quam alterius corpori. Ut praeclare divi-
nus noster Vergilius in Epigrammate de Li-
nore ostendit.

*Lusor tubificum midis venenum
Intactis vorat ossibus medullas.*

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

*Historiam vulpes percenset iniqua secundam,
Picta super speculo qua radiante fuit.
Fallere, qui didicit, felicibus virtutibus auro,
Gratus est in terras quaslibet hospes abit.*

R 2 *Quoniam*

II.
*Id enim si-
miarum
proprium.*

QV in prater hanc & alteram
 Audite prisca temporis
 Rem, quam peritus artifex
 Speculo meo depinxerat.
 Asellus & plaustrarius,



Tertiã Reï-
 nike specu-
 lo suo depi-
 ctam enar-
 rathistoriã.
 Historia de
 Cane & A-
 ſſo.

Canisq; blandis diuiti
 Inſeruebant ruſtico;
 Heri catellus gratiam
 Adeptus optatiſſimam,
 In omnibus conuiujs
 Sedebat, atq; piſcium
 Et portiones carniũ
 Certas habebat omnium.
 Heruſq; dilectiſſimum
 Velut tenellũ filium,
 Nunc in ſinu reconditũ
 Fonebat, & molliſſimo
 Dormire ſecum lectulo
 Ferebat, atq; ludere.

Asel.

*Afellus hoc intelligens
Semille diris deuouet,
Vocatq; detestabilem.*

*Heu, inquit, ignauissimus
Nouus herum fallacijs,
Gnathonicisq; moribus
Cur palpitare nescio?
Quapropter ipsi blandiar.
Canisq; mores induam:
Heriq; verbis lenibus
Sic aucupabor gratiam,
Pati labores asperos
Ne cogar omni tempore.*

*Afellus ei go tardior
Rudens a gressu murmure
Herum, Velut licentius
Canis solebat proximum
Inuadit atq; suscipit,
Et ore lambit sordido.
Herus pauescit illico,
Et in fugam conuertitur.*

*Mox seruulorum clanculum
Armata turba fustibus
Accurrit, Et grauisimo
Pulsans afellum verberare
Ad vsq; mortem percutit
Grauiq; claudit carcere.*

*Afina inui-
dia.*

*Tales afina
hodie innum-
erabiles
inueniun-
tur.*

COMMENTARIA.

Ut in sua quisq; quam à Deo accepit, per-
maneat uocatione, nulliq; suam sortem, licet *sua mane-*
longè splendidiorē inuideat: ad vnum enim *re debet vo-*
catione.

R 3 ean.

eandemq; vitæ non sumus creati conditionē.
Et secundum Tetrastichon nostrum patet.

Quod si diuitias cuncti teneamus optimas,

Simus & æquali conditione pares,

Hinc omnes mensa simul assideamus in una,

Quæso quis in mensam ferula ferre velit?

Oportet in huius fragilis & arumnosæ vitæ miseria alterum alteri inferuire, certumq; personarum delectum atq; discrimen existere. Quapropter in suo quisq; obduret statu, nec indecore tentet artificio, cuius est imperitus, & à quo natura eius abhorret: vt multi inueniuntur, qui se omnibus humanis absolutissimos credunt esse dotibus, nec vllis officijs aut magistratibus gerendis inutiles, in omnium cōmercio Principum dignissimos arbitratur, Ad quæ vbi deuenerint non aliter atque asini ad lyras capessendas idonei inueniuntur.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

Turpis adhuc alio rem Vulpes tempore gestã,

Quæ fuit in speculi margine sculpta, refert.

Verbaq; de prisca ne semper inania fingat,

Ipsa sui memorat dedecus omne patris.

Reinike
quartã regi
de speculo
recenset hi
storiam.

Rex quaeso clementissime,

Nefortè mente concipis

Nunc insolens fastidium,

Quòd in uis ambagibus

Verbisq; longioribus

Orationis sumur.

Nam

Nam prater hac qua diximus,
 Calata facta plurima
 Speculo fuere, qualiter
 Catus parente cum meo
 Sit orbis in longissimi



Profectus Urbes exteras,
 Nam pactionem fecerant,
 Fortuna sine lubrica
 Noceret, aut successibus
 Iuuaret ambos prosperis,
 Labore & velle mutuo
 Id ferre concordissime.

Sed accidit dum pinguis
 In rure quarunt pabula,
 Auctus molossis acribus
 Venator audax aduolat.

Tum felus inquit heu mihi
 In rebus his arctissimis
 Quis nunc queat succurrere?
 Pater nihil perterritus,

Se gloriatur machinis
 Et esse plenum fraudibus,
 Respondet illi muriceps,
 Nil præter vnicum mihi
 Dolum relinqui sentio,
 In culmen huius arboris
 Velocius conscendere.

At vix parens euadere
 Canum minas grauissimas
 Valebat insequentium,
 Quousq; sese turpiter
 Atris cavernis abdidit,
 Opes vbi reconditas
 Omnes habebat clanculum,
 Quas & molossis fortibus,
 Malisq; venatoribus
 AElurus audax prodidit.

COMMENTARIA.

- I. Ne te in potestatem alterius, aut vllam societatem vinculo arctiori, in re minus honesta, constringi & obligari patiaris. Qui enim ad id animum induxit, vt clãdestinis cuiquam noceat insidiis, nec ei, cum quo societatem iniit, fidem seruabit. Et quamuis se omnibus religionis obstrinxerit votis, necessitate urgente fugit, suisque, quam maximè potest, rebus consulit atq; prospicit.

II. *Gloriari de seipso non decet.* Ne nimis insolenter de tuis glorieris virtutibus, aut efferaris scientia, nam cum res factis declaranda est, caue ne confusus,

Lene

*Lene velut rapido liquefit sub sole butyrum,
Aut solet admoto cera perire rogo.*
erubescas & despectui habearis, apudque omnes male audias. Quemadmodum & hinc de suis vulpes gloriosè loquitur artibus. Quibus cum uti debebat, inops expersq; consilij quidnam in primis aggredere, vix in spelunca feruatur proxima. Sic multi hodie de pinguioris ingenij, tanquam sapientissimi Salomonis industria essent præditi, caput prædicant & cristas attollunt, assidente interim aliquo qui tacet suamque occultat intelligentiam, quem tamen si glorioso illi, aut iactatori, ingenij dotibus cõferas: ne manus quidem digito correspondeat, sed in auricularis minimo ungui plus salis, quàm alter in vasto crassoq; habet corpore.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

*Ore recenset adhuc aliam vulpecula fallax
Historicis artibus. Liber orbe fuit.
Scilicet in interdum decet assentire loquenti,
Fabula si quis verus, si qua iocosa placet.*

Quin est stupenda, qua loquar,
Speculo peritus sculptili

Calator hoc dolauerat.

Ut scilicet deformius

Equi cadaver mortui,

Lupus vorax inuenerit.

At ossa diligentius

Proiecta cum corroderet,

Reinike
quintã regni
de speculo
suo recenset
historiã

R § Incas

*Incautus ingens deuorat
Os, quod &ia tenerrimi
Hæreat arcta gutturis.
Hinc is dolores maximos
Molestiasq; perferens,*



Historia de
Lupo &
Grue expli-
catur.

*Promissiones omnibus
Medicis facit fidelibus.
Sifortè quisquæcristibus
Eum leuare alterius,
Hinc velle se pecunias
Remunerari maximas.
Sed ecce cum iam neminem
Habere posset proximam
Gruem salutans inuocat
Rubro decoram pileo.*

*O Doctor, inquit, maxime
Feras opem misererrimo,
Digno laborem munere
Pensabo, tu nil ambigas.*

la

Ha

*His capta Grus fallacijs
 Os exhianti gutture
 Lupi potenter eripit.
 Cu: postulanti pramium,
 Lupus quid, inquit, perfida
 Reposcis à me pramij?
 Qui dente te discerpere,
 Et colla duris mor sibus
 Mihi molesta frangere
 Cum quiverim, miserima
 Donasse vitam nil putas?
 At non tibi suffecerit
 Mei fauoris gratia,
 Quod te ream dimisimus,
 Nec ore deuorauimus:
 Cum penè nostra rumperes
 Et vulnerares guttura?
 Hoc omnium stipendium
 Est ritè seruientium.*

*Hæc cuncta quæ narrauimus
 Speculo fuere lucido
 Calata miris artibus.
 Quod ipse, tanquam nobilis
 Indignus isto munere,
 Regina vobis miseram*

*Sed tam latronem perfidum
 Non credidissim Bellinum,
 Quem laude summa præditum,
 Et rebar integerrimum
 Vel omnium mortalium.*

*Spero tamen gratissima
 Dies quod olim deteget,*

Lupus be-
 ne merita
 grui, pmi-
 sam abne-
 gat merce-
 dem.

Fidelis ser-
 uus semper
 asinus est.

Quis latro crudelissimus
 Vitale lumen optimo
 Ademerit lepusculo,
 Aut fur rapaci dextera
 Gemmas meas subduxerit.
 Cruenta facta scilicet
 Sicariorum turpium,
 Vel vna formidabilis
 Dies reuelat omnia.

COMMENTARIA.

I. Ut in honore fidelem habeas medicum, &
Fidelisme. Deo enim tuum in commodum incolumita-
dicus hono temq; creatus est. Quamobrem nemo mor-
re est di- talium medicinam aspernari aut contemnere
gnissimus. debet, multis enim laborantibus succurrit,
 agris medetur, affictos excitat, vt fugientem
 nonnullis persepe sistat vitam & valetudinem
 recuperet. Quamuis enim vulgus vocifere-
 rur, quid ad me medici curatio? si mori edum
 est, moriar: sin viuendum, voluntas diuina fa-
 cile medicinam meo applicabit morbo: Vult
 nihilominus certè Deus vt intermediis suis
 fruamur, & cum gratiarum actione vtamur.
Deum ten- Id enim Deum esset tentare, si lecto decum-
rare, quid beres, & ieiunio te continuo conficeres, expe-
siz, explicat ctans quousq; angelus è coelo descenderet, &
 aegroto tibi apportaret pharmacum: Postha-
 bitis interim omnibus mediis, quæ ad vitæ
 necessitatem & sustentationem corporis cre-
 asset. Deus enim non ad cuiusq; voluntatem
 libidinemq; sua commutabit opera.

Quod

Quod iam sæpe inculcatum est, ne illi quem quem semel fallacem aut peruersum expertus es, nimium confidas: præsertim si in ipsius potestate relictum sit, ut tibi nocere possit: id qui secus agit dignus est qui decipiatur, & despectui multis exponatur.

II.

De vitio ingratitude hinc monemur, de quo superius diffusius & copiosius diximus.

III.

Ne medico solutionem in longinquum differas tempus. Si enim illi qui infirmissime valetudini diligentissime inseruit, precium in hibes, & pro opera tibi locata mercedem pro- trahis, inconsideratissimus dementissimusque homo appellandus es, qui discrimen inter incolumitatem vitæ, imbecillitatemque corporis humani non agnoscis.

IIII.

Medico si deli libera liter est sol uendum.

Quod verissimum hoc sit prouerbiū, quo affirmatur, nullum à Deo homicidium diu occultatum aut impunitum prætermitti. Ex- perientia enim iam edocuit eos, qui homici- dij rei essent, & per annos aliquot factum ce- lassent, potius quam flagitium omnino deli- tesceret, aut casu aliquo, aut importunitate, aut ebrietatis tormēto compulsos sua in vul- gus disseminasse maleficia, & ante omnium oculos posita denudasse.

V.

Nullū diu occultari potest homicidium.

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

*Enumerat benefacta sui Vulpecula patris,
Qualia contulerit plurima Regis auo.*

/ R 7 Signa

*Signa vetustatis licet afferat omnia Vulpes,
Illa recordari Rex tamen acta nequit.*



Reinike of-
ficia patris
sui, in Re-
gis paren-
tem colla-
ta comme-
morat.

Reinike pa-
rens Medi-
cus excel-
lentissimus
fuit.

Non miror altis regibus
Quod mira vobis accidunt.
Et multa saepe desidi
Obliuioni traditis.
Illius infelicio
Imago nunquid temporis
Subit tibi grauiissimi,
Cum peste vester corporis
Correctus in sanabili
Parens thoro decumberet,
Nec inueniret quempiam,
Cruenta qui salubribus
Sanaret herbis vulnera,
Quousq; nempe literas
Meo parenti mitteret,
Qui mille perfectissime
Artes medendi nouerat.

Fluo

Huic passiones maximas
 Is explicabat pectoris,
 Salubre miscens pharmacum
 Parens meum fideliter
 Hoc consulebat languido.
 Lupi iecur pinguisimi
 Septennis herbis quattuor
 Ut denoraret additis.

Lepus quod è vestigio
 Ferociens audierat.
 Annosq; sese comprobat
 Vix esse natum quattuor.

Parens cachino diffluit,
 Lupiq; lamentabilis
 Nihil mouetur questibus,
 An natus inquit quattuor
 Annosve septem vixeris,
 Patebit omne protinus
 Iecur tuum cum videro.

Vocatur ergo carnifer,
 Lupoq; pellem detrahit,
 Epasq; Regi porrigit,
 At ille collum denorat,
 Et conualescit illico,
 Seruisq; mandat omnibus,
 Doctoris ut clarissimi
 Meum parentem nobili
 Dignentur omnes nomine,
 Quod ut tamen praeclarus
 Foretq; circumspectus:
 Hac posset atq; ponderis
 Habere plus auctoritas.

Reinikes
 parens in-
 signia Do-
 ctoratus à
 Rege impe-
 trat.

Dono-

Donabat ipse pileum
 Colore tinctum purpura,
 Monile diues in super
 Auro resurgens textili,
 Plenumq; gemmis annulam.
 Apparet at nunc Veritas,
 Et eminet conspectus:
 Quid ista secum tempora
 Periculosa conferant.

Reinike se
 propter be-
 neficia pa-
 rentis sui à
 rege nihil
 a mari de-
 clarat.

Parentis ex industria
 Nec hactenus percepimus
 Vel omnium vilissimos
 In arce fructus regia.
 At summanempe gloria
 Honoris & fastigia,
 Mei relictis omnibus
 Locantur aduersarij.
 Nihil valet prudentia,
 Vel artium scientia
 Praeclara liberalium,
 Amore lucri quilibet
 Sed quæstioso ducitur.
 At forte si quis barbarus
 Onus potentis nobilis
 In Casaris palatio
 Illiteratus accipit:
 Is est molestus omnibus:
 Nec, ante tempus per breue
 Qualis fuisset, cogitat.
 Tantumq; lucro sordido
 Incumbit, & pecunijs.
 Hac Rex stupende singula

*Speculo figuris aureis
Insculpta nisi Bellinura
Tibi per impiissimum.
Quòd fata si concederent
Hac comparare maximo
Vita vel in periculo.*

COMMENTARIA.

Certum est Principes & Reip. gubernatores quotidie molestis operosisq; implicari negotiis, ita vt omnia recordari aut omnium meminisse diuinum potius quam humanum sit. Vnde mirum non est, si actio aut causa nonnunquam differatur, aut in longinquum procrastinetur tempus. Cuius rei idcirco hinc mentionem facere libuit, ne quis in aulis, cum tardius expeditur, propterea principibus indignari aut succensere velit. Debent tamen & illi suo officio satisfacere, ne quenquam temere causam eius de die in diem protrahendo vexare, sed omnibus iustitiam, vt decet, administrare.

Ne quicquam quantum ad morbum spectat, non aliter quam reus aduocato suo causam capitalem agenti omnes defectus aperit, medicum tuum calare velis. Id qui facere negligit, medico, quicquid in ea re detrimenti accipit, imputare sine iniuria non potest.

Notatur hic imperiti & illiterati Medici, qui consuetudinem ægrotantis, aut naturam corporis non cognoscunt, imò vbi casu leuissimum aliquem curarunt morbum; confestim

I.

*Principum
ardua operaq; ne-*

gotia.

II.

Medico nihil quod ad morbum spectat calandum.

III.

Medico malo nihil per silentium.

stim

stim sine omni iudicio grauiorib. morbis periculosas curationes & ancipites adhibere volūt, à talibus abſtineat, & nullo modo vir bonus ſe curari ſinat. Nā & modico grauius ægrotantes ſanare aut ingraueſcentem ratione prouidere morbum difficile eſt: præſertim ſi cū talibus ipſi res ſit, qui iudicio minus pollētes, ſuas paſſiones animiq; affectiones expromere neſciunt, & doloris impatientes phar-maca omnia potationeſq; reſpuunt.

IIII.
*Nihil Vita
pretioſius.*

Quod medico fido & perito pro labore nihil detrahendum liberaliterq; merces ſolueda ſit, nihil enim charius aut precioſius vita exiſtit, & bona valetudo omnes mundi antecellit diuitias.

V.
*Auari ho-
mines ad
Magiſtra-
tū euchen-
di nō ſunt.*

Ne quis de prouidētia, honore, diuitiis aut amplitudine parentis ſui tantum ſibi perſuadeat, vt in ea conſiſus in quoduis flagitiū rue-re, & omnia ad voluntatem ſuam agere velit. Omnes potius ita beneficiis demereri ſtudeat, vt & poſteris liberos ſuos commendatiſſimos & chariſſimos relinquat.

VI.

Ne principes ſordidos iſtos, tenaces & auaros homines ad publica eleuēt aut promoveant officia. Non enim Domino ipſi ſolum iniuria ſit, cū fortunæ facultateſq; eius inſidioſè ſubtrahunt & compilāt, verū etiam ſubditos miſerè affligūt, excoriant & deglubunt. Vnde populus indignè in odium principis dominiq; ſui deuotionem inflammatur & concionatur. Quod in primis magiſtratul ſummoperè cauendum eſt.

Quam

Quàm nimis verum sit, hoc nostro ingratissimo seculo, lucro & pecuniæ virtutes, omnesq; præclaras artium postponi scientias, ita ut benè exclamare cū Tibullo nostro liceat:

Heu malè nunc artes miseras hæc secula trahant,

Iam tener assuevit munera ferre puer.

Aut cum Horatio qui dicit:

Qui cives cives querenda pecunia primam,

Virtus post nummos.

At nos cum Lotichio nostro potius hunc in modum dicamus:

Ab pereat quisquis præfert virtutibus aurum,

Ingenium cunctas nobile vincit opæ.

Verùm miserabilè plerunq; isti bonarum artium & virtutis contemptores habent exitū. Quotidiana autem nobis ob oculos quia versantur exempla: res testimoniis prolixioribus non eget. Multi indies opulenti mercatores breui tempore questuosissima emendi & vendendi sic emergunt mercatura, ut

Iam tum tacturos sidera summa putes.

At demum cū iam amplius cadere non possent, atq; omni ex parte beatissimi omnino iudicantur: repente tandem tam ignominiosè & turpiter lapsi præcipitantur, ut eos

Iam iam tacturos Tartara nigra putes.

Quòd is qui ex humili aliquo genere aut obscuritate hominū in altum extollitur, animo se nimium efferre aut intumescere non debeat.

VIII

Deus enim eum, quem in altitudinem gloriæ

aut

aut fortunæ extulit, rursus de statu honorifico derurbare, & cum dedecore sic vt omnibus sit ludibrio, deiicere potest. Quamobrem quisq; secū diligenter animo perpendat, quid fuerit, sit, aut fieri possit: semper memor, quàm varia volubilisq; fortunæ rota, huiusq; vniuersæ humanæ vitæ fluctuosa existat commutatio, se erga omnes benignum, affabilem & tractabilem exhibeat. Vnde non illepide Poëta hortatur:

*Fortunam reuerenter habe, quicumq; repente
Dives ab exili progrediere loco.*

IX.

Licet quidem & fas est, vt proximus quisque sibi ipse sit, eaq; potissimum quæ ad suū faciunt commodum, requirat: tamen semper æquitatem & excellentissimam ante oculos habeat iustitiæ virtutem. Salomone enim nostro teste:

*Parua viri dominū metuētis iugera præstant
His, sunt iniusta qua bona parta manu.*

Is igitur qui honorem, fauorem populi, splendorem, immortalesq; consequi laborat gratias: his duobus potissimum iustitiæ innitatur fundamentis. Quorum primum est, vt ne cui noceatur, deinde vt cōmuni vtilitati magis, quam priuatæ inseruiatur.

Duo iustitiæ fundamenta.

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM.

*Exprobrat hic Vulpes ipsi benefacta leoni,
Inuidiamq; lupo comparat inde grauem.*

Hoc

Hocopus & labor est mendacia fingere. Janis
Hostibus ut noceas, subueniasq; tibi.

Rex in superbaruria
Profuturo talia:
Vt fas tuam vulpecula
Percepimus sententiam.
Verum quod ad praconium
Tui parentis attinet,
Id ante non audieram,
Eiusq; de virtutibus
Nihil recordor amplius.
Quin fors an ante seculum,
Qua tu renarras plurima,
Hac contigisse credimus.

Sed de tui vilissima
Opinione nominis,
Et fraude detestabili
Nimis recordor plurima.
Et constat omni seculo
Meaq; vitæ tempore
Vulpecularum plurimas
Fuisse semper machinas,
Nec quempiam mortalium
De dignitate Reinikes
Vel mentionem candidam
Fecisse, vel praconio
Hanc extulisse nobili.

At forte vulgi mobilis
Si fallimur mendacio,
Innoxiusq; pessimis
Iniurijs offenderis
Idiure detestabilem

Rex de pa-
rente Rei-
nikes nihil
recordari
potest.

Rex de i-
psius Reini-
kes mali-
tia innata-
que nequi-
tia sibi plu-
rimum cõ-
stare affir-
mat.

Rex dicit
Reinikẽ à
nullomor-
talium lau-
dari.

Certe

Cerietibi molestiam,
Et mentis agritudinem
Afflictioris adferat.

Hac audiens Sulpecula
Paulò dolebat acrimus:

Reinike di
gnitatē no
minis sui
defendit.

At dignitatem nominis
Tuetur ore taliter:
Atque, formidabilis
Rex, miror hoc licentius
De me quis ausit spargere.
Nullaq; me quod dixeris
Vita diebus omnibus,
Fuisse laude prae ditum.

Num tempus illud excidit?
Nec amplius recogitas
In te locatam gratiam,
Munusque, nunquid immemor
Benignitatis es meae?

Reinike
facta sua in
regem ex-
plicat.

Scis ante menses quindecim
(Sed absit exprobratio)
Cum fortis Isengrinus
Mecum colono diuiti
Suem dolis exceperat.
In pascuis improvidi
Deinde quam maestanimus.
Ut vestra forte dignitas
(Recordor) interuenerit,
Grauique de ieiunio,
Laboribusq; conquerens,
Pro maxima pecunia
Frustrum rogavit filius,
Avarus Isengrinus,

Notz

Non illa, dicit, vendimus
 Multo laboris improbi
 Sudore que parauimus,
 Huiusmodiq; plurima
 Is obstrepebat murmurans:
 Tunc ipse lenioribus
 Verbis lupum demulceo,
 Et flagitans humillimè
 Vxore cum dulcissima
 Terreddo voti compotem.
 Et diligenter sciscitor
 Quis partiat feracula:
 Iubetur Isengrinus.
 Is sed triumphans gaudio
 Suoq; more diuidens,
 Tibi, tuq; tertiam
 Dat portionem coniugi,
 Aures suillas & secur
 Mihi relinquit, cetera
 Sibi re seruat omnia.
 At cum tuas absumperas,
 Rex magne, portuunculas,
 Illis nec indignissimam
 Adhuc famem sedaueras:
 Nunquam lupus voracior
 Volebat hoc aduertere:
 Sed vt proteruus belluo
 Is deuorabat omnia:
 Quapropter ipsum calcibus,
 Pugnisq; penè pessimis,
 Et conscidisses vnguibus,
 Ni clanculum se subtrahens,

Inuidiã re-
 gisq; odiũ
 Isengrino
 conflat Rei-
 nike.

Isengrinij
 in distribu-
 endis fer-
 aculis ini-
 guiras.

Lupi vora-
 cissimi no-
 tatur aua-
 ritia.

Ifengrini-
us à rege
mulctatur.

Boniq; pugnam consulens,
In montium confinia
Fugam dedisset vtilem.
Quem tu vocabas denuò,
Et edocebas, qualibus
Deberet vti moribus:
Si regis in conuiuio,
Vel assideret principis.
Post imperabat regia
Nobis duobus dignitas,
Ex rure plura fercula
Vt promeremus proximo.

Reinikes
obediētia.

Statimq; iussis moriger
Obediebam sedulo.
Ibamus ergo rustici
Ad diuitis præsepia:
Vitulumq; Sobis attuli
Primis minacem cornibus.
Tunc euehebas laudibus,
Et prædicabas Reiniken:

Reinike o-
lim regi
charissi-
mus.

Eratq; solus Reinike
S. itelles acceptissimus.
Tunc imperabas Reinike
Partire tu charissime,
Reinike ar-
tificiosè & fortuna quicquid obtulit,
iuste parti-
tur fercula Partem tibi mox alteram
Impartiebar integram,

Tua secundam coniuge
Hinc obtuli, superflua,
Vt sunt lien, cor & iecur.
Tuis reliqui filijs:
Fibras, caputq; spumiger

Forabat

Vorabat Isengrinus:

Pedes mihi vilissimos

Velut tenebam seruuulus.

Iam tu rogabas protinus,

Quis me magister optimis

His imbuisset artibus,

Quod separarem singulas

Belleq; partes scinderem.

Id plaga me, respondeo,

Docebat Isengrinus.

Rex magne nunc considera

Benignitatem Reinikes

Meamq; gratitudinem.

Nam quicquid aut parauimus

Aut indies laboribus

Adhuc parere possumus:

Vobis lubenter offeram.

Sed metamen licentius

Laudare nolo, proprium

Cum sordeat praconium.

Perpende Vulpis scilicet

Partitionem Reinikes,

Lupi q; portunculas.

Et illico videbitur,

Quisnam vocandus integer,

Tibi q; sit fidelior.

Sed laudis ad fastigium

Euectus Isengrinus,

Praefectus est in omnibus,

Nihil tamen regalibus

Inseruit ipse commodis,

Sed belluatur improbe

Reinike
suam regi
promittit
operam,

Reinike se
ipsum lau-
dare non
vult.

Isengrinij
flagitia re-
censet Rei-
nike.

Et impudenter omnia
Perdit, profundit, decoquit,
Et quicquid aut deliberat,
Aut cum Brunone conficit,
Id sicut ex oraculo,
Lapsum ve cedat a there
Tuis probatur auribus.

Reinike
miserè ubi-
que conte-
mnitur.

Sed nullus audit simplicem
Orationem Reinikes,
Non Rex negabo maxime,
Quod multa de me perfids
Querantur aduersarij,
Sed ibo nunc audentius
Aduersa contra spicula:
Malisq; nolo cedere.

In arce si quis aulicos
Versatur inter nobiles,
Qui veritate praditus
Suas querelas firmiter
Probare norit testibus,
Aut copiam pecunie,
Is corpus aut oppignoret,
Si & ana sit conquestio,
Mecum paci sci quod velit,
In vniuersa curia
Sed cernotalem neminem.

COMMENTARIA.

1.
Semel ma-
lus, semper
presumi-
tur malus.

Cum semel de aliquo sinistra increbuerit
fama, aut rumor improbus dissipatus fuerit,
illi propter speciem quandam probitatis aut
virtutis fucosam ymbra[m] ne facile vnquam
credi.

Crimen honorificis graue posse refellere Ver-
Ingenij donum diuitis esse solet. (bis.)



Rex inquit, his super lupi
Deliberabo questibus,
Prius tamen & speculam,
An cedat istis, audiam.

Respondet audax Reinike:
Non hac lupo concedimus,
Qua me, meumq; dedecent
Genus, nec & inquam feceram,
Sed hoc fatemur liberè,
Illius ipse coniugem
In stagna quod liquentia
Adhunc modum deduxerim
Instruxerimq; talibus
Vt ipsa pisces optimos
Captare posset artibus,
Sed consulentem prouidè
Spernebat ipsa Reiniken:

Reinike
bonus iu-
dex Isengri-
nio, prius-
quã vulpẽ
audat, cre-
dere non
vult.
Reinike re-
futatur delat-
tionẽ Isen-
grinij.
Reinike i-
psomet re-
censet, quo
modo Isen-
grinij ux-
orem piscari
docuerit.

Impro-

Improuideq; gurgiti
 Immergit & stultissima
 Ceu vacca caudam deiecit.

Vxor Isen-
 grini non
 fuit mori-
 gera confi-
 liis Reini-
 kes.

Quam si statuto tempore
 Traxisset aut maturius
 Non alligata frigore
 Hæsisset in paludibus.
 Lubenter è periculo
 Hanc subleuassent gurgitis,
 Sed maior ille viribus
 Erat labor Vulpecula.
 Contaminabat in super,
 Me mille contumelijs
 Iratus Isengrinus,
 Minatur & crudeliter
 Quod me velit discerpere.

Fuga illu-
 dit Isengi-
 nio Reini-
 he.

Fugam capesso protinus
 Camposq; libo cursibus.
 Conuersus ad blasphemias,
 Tunc mille diras euomit
 Et latrat Isengrinus,
 Quousq; stagnis coniugem
 Suam vadosis eripit.
 Quod porro nos iniurijs
 De Rusticorum turbidis
 Accusat insequentium,
 Illud salubre corpori
 Fuiq; membris vitile.
 Nam rursus is caloribus
 Refecit artus frigidus.
 Sed vnde laudes ordiar
 Istius ignauissimi

Lupiq;

REINIKES, LIB. IIII. 413

Lupiq; dementissimè
Infamiam qui propria
Celare nescit coniugis
Graviq; pestilentior
Quo sit adversario,
Se cum suis contaminat.

Tunc Vxor Isengrini
Irata dicit, Reinike
Fur omnium nequissime:
Qui captivus omnibus
Illudis, & nefarijs
Omnes dolis circumuenis,
An immemor fallacia
Illius es trifurcifer?
Cum tristorem vidimus
Scaturientis in cauo
Sedere fontis Orceo
Nec posse præformidine
Gradum referre maxima.

Tui misertus protinus
Accedo, fatis condolens
Et diligenter sciscitor,
Quis casus huc deiecerit.
Dolis refertus credulum
Cum me salvas feminam,
Noctemq; te per integram
Vorasse pisces optimos
Mox impudenter prædicas.
Extemplo me miserrimam
Tunc appetitus piscium
Novusq; pulsat impetus,
Tuisq; iussis alterum

Reinike Isengrini
à propria cō-
fundit in-
famia.

Vxor Isen-
grinij ma-
levolentia
Reinikes
exacerbat.

Qua astu-
tia Reinike
ex puteo
ascenderit.

T

Cor-

Conscendo fontis Orceum.
 Rotamq; per Volubilem
 Ad ima praeceps deferor.
 In alta tu reuerteris
 Et fonte liber exilis.

Caritas pi-
 scium.

Hoc caritas in tempore
 Est facta magna piscium,
 Nam dum proteruus Vitreas
 Hauriret undas rusticus,
 Suos sodales conuocat.
 Qui duriter grauisimis
 Me verberarunt fustibus,
 Vt plena tabo lurido,
 Vicibusq; pessimis
 Non absq; Vita maximo
 Euaferim discrimine.

Reinike a-
 cerba qua-
 dā irrisio-
 ne Lupi ve-
 xat coniu-
 gem.

Hic clanculum & specula
 Sermo cachinnum concitat:
 Deo sit inquit gratia.
 Quod & vna saltem tristibus
 Emerseris periculis.
 Nam duriore cautibus

Amarulen-
 ra ironia.

Has pelle plagas acrius
 Tu sustinebas, quae meam
 Cutem scidissent plumeam.
 In posterum sis cautior
 Et negligenter omnibus
 Non crede nugatoribus.

Nusquam
 tuta fides.

Fidemq; nunc mortalium
 Scias in orbis omnibus
 Non esse tutam paribus.
 Tunc dicit! sen grinius,

Ideste teleusime
 Probabo Verum Reinike.
 Qui semper infortunus
 A te recepi maxima.
 Scis qualibus fallacijs
 Me tradidisti sapius,
 Omnesq; concitueris
 Cercopitheci filios,
 Vt voce me lacefferent,
 Et vnguibus discinderent.

Ifengrini-
 us aliudob
 iicit vulpi
 flagitium.

COMMENTARIA.

Quod nunquam de vllius etiam causa, nisi
 vtriusq; audita controuersia & lite benè per- *I.*
 specta, iudicium pronũciandum sit. Hic non *Alexandri*
 incõmodè in iudices iniquos Alexandri Ma- *Macedonis*
 cedonis torquebitur exemplum, qui orante *exemplum*
 accusatore alteram manu aurem solebat oc-
 cludere, vt ipsa reo conseruaretur.

Brutis animalibus potius quàm ratione *II.*
 præditis conuenire, si omnibus, quæ passim
 sparguntur, sine iudicio admisso, an veritati
 etiam consentanea sint, fidem adhibeãt. Vn-
 de Seneca non illepidè ait: Vtrunque vitium
 est, omnibus credere, & nulli: sed alterũ ho-
 nestius dixerim vitium, alterum tutius.

Quod conueniat frui tempore, seruireque *III.*
 scenæ vtriq; foro, vt dicitur, omniaq; quodam
 astu, consilio & prouidentia incipienda &
 perficienda sint, vnde non immeritò Thales
 sapientissimũ esse tempus, quod omnia in-
 ueniret, affirmavit.

IIII. Quàm periculosus animæ laqueus fit auaritia, non enim vllis potest satiari rebus, qui ea semel captus fuerit, quousq; in ipso cupiditatum congelatur, & durefcit gurgite, ex quo falua & integra cauda non emergit, sed partem digniorem & maiorem niue ^{primaq;} auiditatis concretam relinquere, id est, non solum detrimentum famæ nominisq; sustinere, verùm etiam sempiternam cœli beatitudinem deserere, & in ipso mortis spiritu iacturâ omnium diuitiarum facere cogitur. Extant in historiis multa passim præclara exempla & facinora quæ instigante auaritia fuerunt confecta & perpetrata. Tyberius Imperator aded auaritiæ obnoxius fuit, vt Galliarum, Hispaniarum, Syriaeque & Græciæ principes ^{et principes ad quos dicitur} confiscari ob leue impudensque calumniarum genus, vt quibusdam non aliud fit obiectum, quàm quod partem rei familiaris in pecunia haberent: C. Cassius tam nefariæ homo fuit auaritiæ, vt Syllam & Calpurnium cum pugionibus occidendi, eius gratia deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus, dimiserit. **Vespasiani Imperatoris auaritia.** Imperator tam indomitæ fuit auaritiæ, vt appositis amphoris in viis ad urinas excipientas, quæ fullonibus venderentur, vectigal commentus sit, sed increpatus à Tito contulit. Mox verò pecuniam ex prima pensione ad nasum filij admouit, sciscitans num odore offenderetur? Illo negante, atqui ait è lotio est. ~~Midas Phrygiæ Rex cum incredibili a-~~ more

~~more auri teneretur, Deos precatus, ut, quic-~~
~~quid attingeret, in aurum commutaretur,~~
~~exoravit. Sed mox cum omnia quæ appone-~~
~~bantur ad mensam, aurum fierent, inedia mi-~~
~~serabiliter interisset, nisi voti secuta fuisset~~
~~relaxatio, ut est in fabulis. Idem Midas cum~~
~~Celenum Phrygiæ oppidum hiaret, atque~~
~~plures domus cum mortalibus absorptæ es-~~
~~sent, monitus oraculo, ut res preciosas eò cõ-~~
~~ijceret, nihil attulit. Vnde optimè à Platone~~
~~dictum, ei qui velit esse dives, non cumulan-~~
~~dam pecuniam, sed minuendam cupiditatem.~~
~~hæc & alia multa peperit habendi libido, ad-~~
~~eò ut in proverbiū cesserit: Avaros nisi cum~~
~~moriuntur, nihil rectè facere.~~

Platonis e-
legans di-
ctum in aua-
ros.

Qui omnibus calamitates, angustias, &
 miseras suas recitare & commemorare cu-
 pit: à multis interdum despectui habeatur o-
 portet.

V.

Dementissimus homo est, qui sua vitia de-
 decusque proprium, aut amicorum infami-
 am, quo aliis tantum noceat, detegit ac reue-
 lat. Nã si in proposito malo decipitur, alter-
 que, cui insidias fecit, immunis atq; liber ela-
 bitur, is meritò ab omnibus deridetur, & lu-
 dibrio exponitur.

VI.

Quod meritò in turpissima quæque inci-
 dant opprobria, qui ad eò gulæ ventriq; deser-
 viunt, ut vel ob sumptuosiora vnius cœnæ fer-
 cula, in quævis flagitia abhorrenda anteces-
 sores comitètur. De voluptatibus hîc multa
 dicenda forent, quæ omnium vitiorum pesti-

VII.

Voluptas
omniū vi-
torū pesti-
lentissima
est radix.

Ferrea et- iam mētes libidine do- mantur. lentissimæ radices præstantissimos etiam ho- mines nonnunquam in horribilia & extrema cum animæ tum corporis coniiciunt pericu- la. Aded vt D. Hieronymus inter illecebras voluptatum & ferreas mētes libidine domari affirmare ausus sit. Verùm quia vulgaria & quotidiana satis ob oculos versantur exem- pla, diutius hîc immorandum non existimo.

VIII. *Anima luerte cui fidas, non enim illepi- dum extat Prouerbium, quo dicitur, Fide, cui autem, vide: Cùm in primis hoc seculo fi- des tuta aut illæsa nusquam, aut apud rari- simos inueniatur.*

CAPVT III.
ARGVMENTVM.

*Facta modis Vu'pes sua grādib. euehit audax,
Inuidiaq; Lupo non leue constat onus,
Scilicet interdum miscere satrata prophanis
Conuenit, Et Verum dissimulare iuuat.*

Reinke no- uā de Isen- griniij inso- lentia nar- rationem instituit.

ME quando rursus nominat,
Infamiam nec propriam
Occultat Isengrinus,
Rem dicit acer Reinke,
Narrabo vobis integram,
Nam si recordor optime,
Secundus annus ducitur:
Quod ambo pertransiimus
Oras potentis Misnie
Et nationes Saxonum,
Immanis ecce cernitur
Spelunca montis ardui.

Ut vidit antrum scrupentum,
Ex corde mæsta clanculum
Lupus trahens suspiria
Famelicosus ingemit,
Quem penè nullis ferculis



Explebilem præsensimus,
Ut ruc posset omnium
Pestis vocari maxima.
Quapropter illum vocibus
Instigo sic mordacibus.
In hoc specu recondita
Dapes latent lautissima.
Quid immoramur in colam
Cito petamus impetus,
Quod sit amen ferocior
Resistat, aut cibaria
Nobis molestus abneget,
Hunc ense perforabimus.
Dilecte perge Reinike,

Infatiabi-
lis Ifengri-
nij voract-
tas.

Reinikes
astutia in
excogitan-
dis confi-
liis.

Exclamat Isengrinus,
 Hic immorabor interim,
 Tu diligenter omnia
 Perquire montis ostia,

Reinike in antrū mon-
 tis repit. Et redde si quid inuenis,
 Me certiore[m] protinus.

Sodalis Isengrinij
 Mei q[ue] ventris gratia,
 In antra repo proxima,
 Fossas q[ue] diligentius
 Inquiro montis singulas.
 Offendo tandem luridos
 Matris trahentes & bera
 Cercopitheci filios.

Reinike in antro Cer-
 copithecos inuenit. Hic q[ue] omnium nigerrimā
 Erant q[ue] crudelissimā:
 Vel angue quouis sauius

Oculi micabant ignes,
 Ut totus expauescerem.
 Hic cogitabam quippiam

Lenis ora-
 tio mitigat iram. Auferre qui vult, maximē
 Huic est necesse moribus

Utatur & Gnathonicis,
 Verbis q[ue] demulcentibus.

Quare saluto lenius,
 Matri q[ue] blandientium
 Primos honores defero,
 Mihi q[ue] iunctam sanguine
 Appello, laudo, prædico:
 Modestiam q[ue] fœtuum
 Admiror, atq[ue] laudibus
 Extollo pulchritudinem.

Id complacebo auribus,
 Eratq; dulcis cantio.
 Mox adferunt cibaria,
 Lautamq; mensam preparant.
 Tum sumptuosi fercula
 Mirarer et conuiuij,
 Et ture quis recogitet,
 In rupe montis inuisa,
 Rerumq; solitudine
 Quibus pararent fraudibus.
 At cum famem sedaueram,
 Carnem fugacis optimam
 Mater ferebat hinnuli:
 Hinc, inquit, adfer filijs,
 Tuq; porta coniugi:
 Agoperennes gratias,
 Valeq; dicens vltimum,
 De valle montis exeo.
 Hic omnium miserrimus
 Fagi sub vmbra proxima
 Sedebat Isengrimus
 Illius indignissimam
 Miseratus vnicè famem,
 De carne pinguis hinnuli
 Huic offerebam pallido
 Bolum sed optatissimum,
 Quod ipse dudum pessima
 Oblivioni tradidit:
 Memor nec optat amplius
 Mihi referre gratiam.
 Obiecta postquam pabula
 Ieiunus et famelicus

Reinike
 splendido
 conuiuio à
 Cercopi-
 thecis exci-
 pitur.

Ifengrini- Vorasset Ifengrinus,
 us inexplē Nondum refertus vndique
 bilis descri- Aut ferculis explebilis
 bitur. Situm requirit cancaui
 Reinike Et qualitatem liminis.
 qualitātē Spelunca dico, quam vides,
 situmq; an- Sinus habet mirabiles:
 tri Ifengri- Tamen sodalis vt meo
 nio expli- Fratri, quod vtilissimum
 cat. Videtur esse, consulam:
 Adire rupis limina
 Aut hic mane: e, liberum
 Tuis re' in quo partibus,
 Intrare si sententia
 St. u. delicata fercula
 Mensa dabuntur optima.
 Sed veritati parcere,
 Et multa debes fingere,
 Nam vera s' loqui voles,
 Hoc frater antrum disere,
 Et linque limen: impium.
 Veritas nō Qui veritatem dicere
 omni loco Incautus omni tempore
 & tempore Connititur, mendacijs
 di. cēda est Et nescit hanc conspergere,
 Is fluctibus grauissimis
 Iactatur tumultibus,
 Et multa perfert aspera.
 Ifengrini Respondet Ifengrinus,
 Rulta ario- Meas amice Reinike
 gantia, Obtundis aures fabulis.
 Hac nostra prouidentia

Audi.

Audiuit à cunabilis,
Sic fatur & rupem petit.

Cum mox marinas simias,
Ceu Ditis atri filias
Cum matre turpi conspiciat,
Exclamat atq; talibus:
Heu quid sibi deformia
Orci volunt hac pondera?
Dic mater ô turpissima
Talesne gignis liberos?
Aut ex paludis infera
Suam trahunt originem?

In omnium deterrimo
Vel Damonum cognomine,
Suffige talis in crucem,
Aut semen hoc inutile
Immerge ripa proximo,
Quod fata dant in flumine.
Fortuna si tales mihi
Habere donet filios,
Omnes profecto pessimam
Hos ad crucem remitterem,
Aut mox Abyssis luridos
Venarer illis incolas.

Hac & verba postquam percipit
Mater furens irascitur,
Atque, quid & misime
In rupe nostra queritas?
Nos nunquid omnes ludicras
Tu reris esse Simias?
Quid forma nostri stemmatis
Te vexa, atq; liberti?

Ifengrini-
us & ipse
inuadit an-
trum
Ifengrini
inconfice-
sata oratio

Cercopi-
thecorum
mater in I-
fengriniū
stomacha-
tur.

*Heroas amplos vidimus
 Qui laude summa pradi
 Mihi meis & filijs
 Non intulere dedecus.
 Sic noster illos Reimike,
 Rerum peritus omnium,
 Ad astra caeli sustulit.*

Ifengrini-
 us pergit
 conuitiari
 simiis.

*Tunc pergit Ifengrinus
 Conuiciari simijs,
 Dapesq; cure postulat,
 Matremq; dementiſſimam
 Turpiſſimamq; nominat.
 At illa iuncta filijs
 Vires ſuas recolligit
 Lupumq; plagis anxius
 Diſcendit indigniſſimis,
 Ut plenus atro ſanguine
 Taboq; vix diſcederet.*

*Qua cuncta, Rex, incommoda
 Ex mentis impudentia
 Sibi lupus confecerat,
 Parere dum vult nemini.
 Quod ſi mihi Vulpecula
 Vnquam fuiſſet moriger
 His ſortis infeliciter
 Non actus eſſet fluctibus.*

COMMENTARIA.

A.

Rurſus perstringitur auaritiæ vitiũ, nam
 veriſſimè hoc ſeculo iuxta Poëtam:

*Creuerunt & opes, & opum furioſi cupido,
 Ut cum poſſideant plurima, plura petant.*

Ela.

Elegans sanè & perutilis hic de veritate at-
 tingitur locus: Nempe vt is qui in seculo hoc
 versari cum hominibus desiderat, ita affectus
 sit, vt opportunitatem temporis, loci & per-
 sonarum in omnibus seruet & respiciat, linguâq;
 ad ea & omnes actus suos dirigat & disponat.
 Nemo enim viuit, qui semper id quod cupit,
 loqui audeat, aut perpetuo veritatis nitatur
 studio. Quamobrem pro commoditate tem-
 poris adhibenda & dicenda erit veritas. Om-
 nes quidè aperti, simplicis veritatis cultores,
 fraudisq; inimici adhibito tamen discrimine
 esse debebamus. Mea enim quid interest, quid
 Rome, Venetiis, aut alibi geratur? At si quan-
 do ab aliquo tanquam teste veritas exigitur
 & extorquetur, tunc noli parcere, imò in ve-
 ritatis lucem defensionemq; aliorum omnia
 quae potes, profer. Sed illud hominis acuti &
 ingeniosi proprium erit, veritatem suo loco
 sine aliqua nominis, famæq; detractioe aut
 dedecore occultare. Et hoc de seculi huius re-
 bus & moribus dictum velim. Nam in diui-
 nis rebus veritas etiâ è mediis nubibus erum-
 pat oportet, & si fractus illabatur orbis, tamè
 per veritatis studium vult laudari Deus, &
 ab omnibus gloriosè prædicari.

II.

*Opportuni-
tas tēporis
lociq; & pe-
sonarū
que iā ob-
seruanda.*

*Veritas
quomodo
& quando
dicenda.*

*In diuinis
rebus veri-
tas celari
non debet.*

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

*Vult cū Vulpe lupus configere cominus armis,
 Cum sua Verba graui teste probare nequit.
 Omnia Vir sapiens prius experiatur, ad arma
 Quàm ruat, aut hostem cominus ense petat.*

T 6 Tunc

Tunc rursus implacabilis
 Exardet Isengrinus:
 Imbellis, inquit, femina
 Quid more litigabimus,
 Verbisq; disceptabimus?



Quis sit reus vel innocens
 Dicto patebit oculus.
 Has Chirothecas accipe:
 Nosti quid illæ denotent,
 Quod conferemus dexteræ,
 Pugnaq; dimicabimus,
 Ne probrat una scilicet,
 Tuamq; possis longius
 Calare cunctos plagium.
 Tunc Reinike subtristior
 Rerum mearum cogitat
 Et corporis periculum
 Iam sustinebo maximum.
 Nam robur ingens corporis

Habetq;

REINIKES, LIB. IIII. 427

Habetq; vires, is mihi
Si conferatur Herculis.
Idcirco Vulpinabimur,
Novasq; cogar subdole
Excogitare machinas.
Audacter ergo Martium
Accedit Isengrinium:
Si sumis, inquit cornua,
Et me laceßus in super,
Aut poscis in certamina,
Licet mihi Vulpecula
Sit dextra bello frigida,
Tamen nec omni Reiniken
Spe dedicisse senties,
Nec hoste viso protinus,
Agni instar expauescere.
Si Marte, Rex exclamitat,
Vobis lubet decernere,
Fidem pijs adstringite
Verbisq; compromittite,
Vadesq; coram sistite,
Quod nempe, stellas terria
Aurora cum fugauerit,
Ambo Velitis dexteram
Conferre more bellico.
Non immemor Vulpecula
Catus lupi pro partibus,
Brunoq; spondet inuidus,
At vota pro Vulpecula
Cum iuniore simij
Dat filio Greuinckiu.

Rex vades
certaminis
reposit.

Non esse boni viri officium, nec robusti vel excelsi animi indicium, si cum aduersario tuo multis contendas verbis, aut diem (vt vetulae loquaces solent) altercatione absumas. Proinde breuibus tantum responde & sesquipedalibus fulminantem relinque litibus, aut si honori tuo quicquam detrahit, viriliter & honestè defende.

II. Vt omnis qui candidè & apertè pugnare *Bellū ante* aut dimicare vult, prius inimicitias bellumq; *conflictum* suo indicat aduersario. Id enim si negligit, & *hosti est in* vincitur, ignominiam & infamiam cum *dicendum.* lore refert maximam. Sin vincit, cum dedecore & contumelia vincit, omnesq; eum non apertè aut palam, sed occultis ex insidiis, dolis, atq; machinis à tergo aggressum superasse affirmabunt.

III. Quòd multa consilio & prudentia in rebus humanis gerantur, quae viribus aut potentia confici non possunt.

Multa cōsi- bus humanis gerantur, quae viribus aut po-
lio cōficiun- tentia confici non possunt.
tur q̄ vires Multa de equestribus nobilium certami-
nō possunt. nibus dici possent, sed ea iam nihili penduntur

IIII. omnia, quòd varietas commiscuit, & sursum deorsumque abiecta versauit fortuna. Multi iam magnificè verbis sua stemmata praedicant, sed interim annonam flagellantes sordidam mercaturam exercent & negotiantur, nec vniquam toto vitae spacio ad equestre se conferunt exercitium, aut in certamen descendunt. Magnifica certè olim & praclarissima res fuit

fuit inter nobiles talibus vacare ludis & spectaculis. Quæ nisi denuò instaurentur, salus sperari nulla potest. Nobiles enim dum negociantur, nūquam, quamuis vno anno tanta vbertas frugum, quantum aliis tribus reræ fœtu profundatur, vilescet annona, quæ in bono si foro non est, nec cætera minoris aestimatur omnia. Porro indices omnia magis magisq; pœnis deficientibus accrescunt flagitia.

*Equestres
nisi restau-
rentur lu-
di, nulli sa-
lus commu-
nis sperari
potest.*

Quis autem verè nobilis, quis generosus ea puniet? Num qui ipse immerfus vitiiis voluntatur fœdissimis, sibiq; ipse diffidit, ne redarguatur, & ex proprio oculo festucam extrahere iubeatur.

CAPVT V.
ARGVMENTVM.

*Vngitur Vnguento Vulpes, Variatq; capillos:
Ne capiat grauius vulnus ab hoste lupo.
Insuper instruitur quib. artib. ipsa triumphum
Ducere, vel capiti ferta parare queat.*

AT Vulpes intellexerunt
Hoc cum propinqui nuncium,
Mox congregati consulunt,
Vxorq; chara simij
Romam profecti Rigena
Sic prima fatatur omnium:
Dilecte frater Reinike,
Vis ut tibi victoria
Det gloriosa maximum
Ex hoste victo gaudium:
Præcepta quæ præscribimus

Vxor simij
Reiniken
instruit quibus artibus
aut fallaciis Ifengri
niū deuincere possit.

Serbare

Seruare discas omnia.
Nam dira contra vulnera
Ensesq; praesentissimam
Benedictionem nauimus,
Quam manè quisquis dixerit
ieiunus, is leuissimè
Aduersa vincet omnia,
Sed interim considera,
Tuasq; partes respice.
Martis priusquam ferui de
Feraris in certamina,
Tuos capillos radere
Debebis & perungere
Liquore myrrha nobili,
Succoq; fragrantissimo.
At hinc rotunda circuli
In scripta cum perueneris.
Sis cautus atq; prouidus,
Primumq; velocissimis
Lupum fatiga cursibus,
Tuumq; fontem detine,
Nec ante minge quam prius
Lupus potenter urgeat,
Et instet importunus.
Tunc largiore propriam
Perminge caudam flumine,
Et turpis Isengrinij
In ora spargens percute,
Vrina sic mordacior
Vtrunq; lumen hauriet,
Nec quid videbit amplius,
Ventum notabis in super.

1 Præceptū
 de benedi-
 ctione ad-
 uersus vul-
 nera.

2 abrasio
 capillorū.
 3 Vnctio
 capitis.

Quomodo
 in circulo
 se Reinike
 gerere de-
 beat.

Aspiret Unde sibilat
 Vi insequentis aptius
 In ora spargas puluerem.
 At inde cum laboribus,
 Eritq; fessus cursibus,
 Apprende tunc Velociter
 Illud quod est charissimum.
 Prae melle, praepecunia
 Bonisq; semper omnibus,
 Amant quod omnes feminae.
 Scis quid notem? tu dextera,
 Id apprehensum comprime.
 Sic est dolo nequissimus
 Vincendus Isengrinus.

Qua dicta consolantia
 Cum Reinike perceperat
 Dolor leuatus paululum
 Verbis resedit mollibus.
 Dat fessa somno corpora,
 Quousq; pulcher alterum
 Diem referret Lucifer.
 Exurgit acer Reinike,
 Cum diues ipsi Rusticus
 Fit obuiam feliciter,
 Gratatur Et Victoriam,
 Pinguemq; donat anserem
 Ad lautius ientaculum.
 Hoc absoluto Martium
 Circum petebat Reinike.

Reinike
 ratione Ri-
 genae cōso-
 latus respi-
 rat & timi-
 ditate ex-
 pulla con-
 fert se cu-
 bitum.
 Reinike a
 rustico ad
 ientaculū
 donatur
 anserem
 Absoluto
 ientaculo
 Reinike pe-
 tit circum.

COMMENTARIA.

Vt in necessitatibus tuis angustiisque
 ami-

I.
*Exēplum
 Augusti
 Cæsaris in
 amicis re-
 cipiendis
 imitandum
 est.*

*Amicitia
 omnium re-
 rum vti-
 lissima.
 Prima lex
 in amicitia
 qua sit sum-
 cienda.*

II.
*Dei pote-
 stas verbis
 aut radici-
 bus alliga-
 ri se non
 patitur.*

amicos synceros & fideles cognoscas, eos-
 que ad exemplum Augusti Cæsaris non fa-
 cile quidem admittas, sed admissos constan-
 tissimè retineas. Amicitiaë autem species tres
 ponit Plato: Naturalem, qua parètes naturæ
 instinctu in liberos afficiuntur, aut cognati
 in cognatos, in ceterosq; animantes est diffu-
 sa. Socialem, quam sine consanguinitatis vin-
 culo sola consuetudo conciliat: cuiusmodi
 Pyladis fuit atq; Orestis. Hospitalem, qua ex
 commédatione vel hospitio iungimur. Ami-
 citia autè nihil melius esse multa passim ex-
 empla indicant. Sic Dion de regno inquit, so-
 li amicitiaë contingit, vt rerum omnium sit v-
 tilissima atq; iucundissima, Sed Cicerone te-
 ste: Prima lex in amicitia hæc sanciat, vt ab
 amicis honesta petamus, amicorumq; causa
 honesta faciamus. Amicorum autem paria
 que celebrentur à veteribus, vide L. Domitij
 Brusonij Contursini Lucani viri clarissimi
 libros, vbi multa scitu digna de amicitia po-
 nuntur exempla.

Quàm superstitiosum & alienum à vero
 pietatis cultu sit, nimirum Dei optimi ma-
 ximi potestatem & vim certis quibusdã ver-
 bis, radicibus, lapidibus & herbis tam arctè
 alligare & obstringere, vt omnipotentia nu-
 minis posthabita plus creatis, quam ipsi crea-
 tori attribuatur, Superius etiam monuimus,
 quod illis tanquam mediis quibusdam vten-
 dum sit, non tamen omnino fidendum, aut
 contumaciter inharendum, quasi ea Deus ad
 suum

suum arbitrium voluntatemq; diuinam commutare, aut aliquid iis detrahere non possit. Ipso enim non cooperante, creata nihil operantur.

Quod sapientia in agendis administrandisq; rebus potentia, quæ in vi & armis posita est, præualeat. Non enim incommodè Afranius Poëta eam vsus, memoriæque filiam appellauit, constat enim scientia & exercitatione: Eius versus sunt,

III.

Sapientia
potentia
præualeat.

*Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Sapientiam vocant me Graij, hoc sapientiam.*

Quod fidele & prouidens consilium, ipso facto nõ opportunè adhibito, longè salubrius & gratiarum actione dignius meritò dicatur.

IIII.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Et lupus & vulpes circumclauduntur in vnum,

Sæuaq; collato prælia Marte gerunt.

Quisquis honorifico te iactas stemate natum,

Fac maneat vera nobilitatis amans.

Rex ut perunctum Reiniken
Aromaticum liquoribus,

Tonsoris & nouacula

Vbiq; rasum conspicit:

Miratur, atque sedulo

In arma verbis incitat.

Nunc mactet totis viribus,

Virumq; præsta Reinike,

Ut Martis è certamine

Veram reportes gloriam.

Rex rasum
& perunctum
Reiniken
admiratur.

Agit

Reinike
suum cuiq;
debitū ex-
hibet hono-
rem.

*Agit modeste gratias,
Genuq; flexo principi,
Nec non Leonis coniugi,
Cunctisq; spectatoribus,
Suos honores exhibet.
Post acer intrat circulum,
Alacriterq; perfidum
Tuetur hostem Reinike,
Oculis ubi flammantibus,
Nimis frendens dentibus*

Ifengrinij
ferocia.
Præfectus
certaminis
ab utroque
votum po-
stulat.

*Astabat Ifengrinus.
Præfectus at certaminis
Viring; votum postulat:
Mox quisq; iurat alterum
Cadaver esse pessimum,
Scelusq; detestabile.
Id propter ambos asperum
In prælium descendere,
Et velle iam confingere.*

Magister
claudit cir-
culum pes-
sulo.

*Magister inde circulum
Claudit patentem pessulo,
Et dimittentes deserit.
Hic rursus Vxor simij
Inuitat ore Reiniken,
Mandatæne gravissima
Oblivioni traderet.*

Rigenę cu-
riositas p-
parte Rei-
nikes.

*Timere parce Rigena,
Modestus inquit Reinike,
Id omne prudentissime
Quod imperasti persequar,
Agoq; summas gratias.*

Ne amici tui consilium, si ab optima fide,
& optimo proficiscatur animo, abiicias, quod
humaniter & beneuolè susceptū, gratiarum
potius actionem desiderare videtur. Nam iu-
xta rythmos Germanicos à nobis conuersos:

Consilium fide qui respicit & utile mentis,

Omnia prohibitu qui & uolenter agit:

Numina fortuna nihil aestimat ille potentis,

Sed miser in curas & mala quaq; ruet.

Vir sapiēs nunquā mandata salubria spernit,

Atq; probat leges & uitate datas.

Plurib; & rbs constat quò consultoribus aucta,

Pluribus hoc etiam rebus abundat opum.

Stultus is est canib; doctas qui posthabet artes,

Quē magis aut cæcus, & ellyra rauca inuat.

De veterum nobilium exercitiis ludoque

equestri proximè monuimus, de vera autem

nobilitate, pauca quædam adicienda viden-

tur, quæ Platone teste, quadrifariam diuidi-

tur. Prima est eorum qui claris, bonis, iustisq;

maioribus fuerint orti. Secunda, quorum pa-

rentes, principes, potentésve fuerint. Tertia

eorū qui sint aut fama, aut opinione celebres,

tūm ex rebus bellicis, præclaris gestis vel cer-

tam inibus coronas reportauerint. Quarta &

præstantissima, cum quis per se animi inge-

nuitate excellit, illum enim dici verè nobi-

lem, cui non aliena, sed sua virtus ad nobili-

tatem opitulatur. Sed meritò mihi hac tem-

pestate nobilitatem nuncianti Lector idem

quod

I.

II.

Nobilitas à

Platone

quadiu-

plex consti-

tuitur.

Quis sit ve-

rè nobilis


dicendus.

Euripidis quod Euripides olim patri dicat: Patri nobi-
patri nobi- litatem mihi noli enarrare, hæc enim in pecu-
litatē nun- niis est sita, eas mihi tantum relinque, nam ex
ciantire- seruo statim nobilis euadam.
Sponsum.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

Aptant se pugna lupus, & vulpecula fallax
Viribus hic præstans corporis, illa dolis.
Quæ trucus exuperat crudelia membra Gigan-
tis,
Sapè breui virtus corpore magna latet.



Isengrinij
in Reinikē
rabies.

Robustus Isengrinus
 Liore plenus impio,
 Et extimendus Unguis,
 Rictus suos grauissimi
 Distendit instar fulminis.
 Omniq; totus impetu
 Irrumpit in vulpeculam.

Quæ

*Qua nixa miris fraudibus
 Resistit ipsi fortiter:
 Contraq; nunc assultibus
 Insurgit & contrarijs
 Eludit & gens istibus.
 At quando iam viriliter
 Se sat superq; gesserat
 Memorq; semper Rigena
 Olente cauda plurimum
 Diuq; multis cursibus
 Vexarat Isengrinium:
 Et insequentem luserat
 Pedum citis ambagibus,
 Tandem lupt comprehenditur
 Ferocientis & gutibus.
 Tunc qui prius maledixerat,
 Verbisq; fulminauerat:
 Hostemq; sat notabili
 Vexatione carpserat,
 Iam pisce quouis mutior
 Silebat ager Reinike.
 Lupusq; magnis virium
 Quassabat illum motibus
 Vt de salute corporis
 Actum putaret is sui.
 Quare lupo Mauortio,
 Manus inermes porrigens
 Is supplicabat talibus.
 Per te per omnes Caelites,
 Per ossa matris optima
 Manesq; patris comprecor,
 Vocem precantis accipe*

Fraus Reinikes.

Reinike
 post multas vexationes à lupo deprehenditur.

Reinikes calamitas.

Reinikes ad Isengrinium deprecatio.

V

Vitam.

Vitamq; serues integram,
 Tibi quousq; vixero,
 Me dedo totus in iugum,
 Lubenter atq; seruiam,
 Dum sensus hoc in corpore
 Latebit atq; spiritus,
 Sed id furens vulpecula

Vera forti- Recusat Isengrinus
 tudo neq; Vitamq; seuis abnegat,
 maledica, Haud verba dudum talis
 neq; minax esse debet, Dabas, ait, nequissime,

Bonos, virosq; nobiles.

Illatua fallacia,
 Et ore mendacissimo
 Iam desines laceffere,
 Opprobrijsq; ludere.
 Non te sepultum splendido
 Plorabit vxor marmore,
 Chartae flebunt libri,
 Sed prada turpis omnibus
 Coruus eris rapacibus.

Insultat vi-
 cta vulpi-
 Isengrinus

Aut te profundo gurgitis
 In amne mersum vitreis
 Cibum relinquam piscibus,
 Vt atra lambant vlnera
 Et dente morsum distrahant.

Reinikes

Hac ore dum durissimo
 Profundit Isengrinus,
 Vulpes memor recentia
 Consultat versat, altera
 Manuq; mirum per modum
 Lupi pudenda corripit

Hostiliterq; comprimit:
 Dolore præ grauisimo
 Ut maximis resolueret
 Os turpe cum clamoribus,
 Astut. i Vulpes interim
 Ex hostis ore subtrahit
 Manum potenter alteram,
 Hic pugna surgit aspera:
 Virasq; nam cum Reinike
 Manus haberet liber as,
 Duosq; pugnos fecerat,
 Lupum molestum vinculis
 Constringit arctioribus,
 Remordet, & get, opprimit,
 Ut cordis ex angustia
 De Ventris antro turgidi
 Ingens onus reponeret
 Largumq; stercus omnium
 In vultibus spectantium
 Cacaret Isengrinus
 Clamaret atq; mordio.
 Id intuentes proximi
 Turbantur omnes & lupi
 Confusioni condolent,
 Statimq; Regi supplicant,
 Misertus ut finem graui
 Imponat huic certamini.
 Extemplo Rex benignior
 Suis ministris imperat,
 Ut bella dimiscantium,
 Pugnamq; tollant horridam.

COMMENTARIA.

